

# APOLOGIA IN

DEFENSIONEM VIRORVM ILLVSTR. EQVE  
strium, bonorumq; ciuium Valentinorum. In ciuilem Va-  
lentini populi seditionem. Quam vulgo Germa-  
niam olim appellarunt.

Secunda Apologia, In laudem Illustriss. Magnanimique  
Domini Rhoderici Zeneti quondam Marchionis.  
Inq; laudem omnium Equitum Valentinatium.

Apologia in Venatores, pro auibus, ad Illustrem Oliuæ  
Comitem, cum expositione multarum auium, sermone Græ-  
co, Latino atq; Valentino. Et alia non iniucunda  
lectu, quæ in indice prænotantur.

Μεγά φιλία.



HOC SINE, CVNCTA NIHIL.

καρδία ἡ ἐπιπάσιμ ἄριστος.

Ex Bibliotheca Majansiana

REVRM VITA MODVS.

VALENTIAE, APVD SACRAM DIVI THO

mæ Apostolice dem, per Ioannem Baldouinum, & Ioannem  
Mey socios, natione Germanos. Quinto Februarii,  
Anno a Christi natali. 1543.

*Jean-bapt. Agnesius nobili Seraphino à Simillis  
Et à ses freres Seraphins meos generose libellos.  
Possunt hæc quædam parua, iuvare, vale*

IOANNES BAPTISTA AGNESIVS, CHRI-  
sti sacerdos. Lectori beneuolo.

**S**tudioſi quoniam ſe ſe iure ſtudioſis omnibus debent, qui rei literariæ aliquo ſunt adiumento. Quantum nos hinc debitores eſſe fateri cogemur Ioanni Baldouino, & Ioanni Mey ſociis, Germanæ nationis uiris, indiſtriisq; Typographis. Qui utriuſq; linguæ non modo non ignari, uerum in arte ſua ubiq; terrarum habiti ſolertiſſimi, hac noſtra in urbe omnium bonarum literarum altrice, primi legitimos, mulſiformesq; typos Latinos, Græcos, atque Hebræos, ut a doctiſſima didicere Germania, uafre concinnant, excudunt, ut publico eſt exemplo hoc opus excuſſum. Quare & nobis congratulandum, & illis ab omnibus habendæ ſunt gratiæ, Qui, ut ſpero, prope diem efficiant, ut iam hic, nec formulas, nec quidem diligentiam deſyderemus Frobenii, uel Gryphi. Vale, & faue.

## INDEX OMNIUM HVIVS OPERIS.

- A**dhortatio authoris ad Excellentiss. Dominam Valentiam Ca-  
labriæ Ducem. Folio. 2.
- Epistola Illustris Oliuæ Comitis ab eodẽ authore apologiam  
contra cõiuratos germanæ factionis, pro equitibus & ciuibus opti-  
mis, exigentis. Folio. 2.
- Epistola authoris, respon. ad eundem Oliuæ Comitem. Fol. 3.
- Epist. eiusdem Oliuæ Comi. ad eundẽ, præcipientis apologias in ger-  
manos, & cõtra Venatores pro aubus, optimis excudi notis. fo. 3.
- Carmen eiusdem authoris gratias agentis eidem Comiti, ob ditia do-  
na recepta. Folio 4.
- Epistola Oliuæ Comitis ad Illustriss. Alphonsum Segobriæ Ducem,  
apologiam ad illum mittentis. Fol. 5.
- Epistola panegyrica atq; nuncupatoria Authoris, ad Excelsum Dñm  
Enricum Aragoneum Infantẽ, cõpendiosum cõtinentens argumentũ  
omniũ penè notabiliũ, quæ toto germanæ factionis tẽpore, in vrbe  
Valentiæ, & in toto regno contigere. Vbi germanorũ tumultus, ty-  
ranni, duces, & corũ cruda facinora. Et quantũ in seruanda & libe-  
randa vrbe Zeneti Marchio laborauerit, quantũ & Excelsus Enri-  
cus Infans, Valentiam è Segobria veniens enarratur. Fol. 6. & 7.
- Scazon authoris ad Alphonsum Ordonium, virum olim vtraque lin-  
gua præsignem. Folio. 8.
- Phaleuticũ Oliuæ Comi. ad eundẽ authorẽ, moram arguentis. fo. 8.
- Phaleuticum authoris respondentis ad eundem Comitem. Fol. 9.
- Elegia apologetica authoris contra germanam coniurationem, pro  
equitibus. Cuius prima pars antiquam fœlicitatem regni & ciuita-  
tis Valentia narrat. Folio 10.
- ¶ Secunda pars, Magnates equitesq; omneis, atq; ciues bonos de-  
fendit. Folio 13.
- Vnde initium sumpsit germana tyrannis, & quam ob causam. Ibi no-  
tabis quales esse decet Principes & Præfectos vrbium. Fol. 14.
- Pueri tumultuantes catamitũ paticum ab Ecclesia maiore vi extractũ  
ignibus tradunt. Populus nõ post dies multos alium. Fol. 14.
- Didacus Mendocius Prorex Valentia venit. Populus tumultuans plæ-  
beios duos in Seuratũ vrbis vi creant. Prorex nõ admittit. fo. 14.
- Populus tumultuans à Prorege publico damnatũ supplicio, vi è via eri-  
piũt, atq; ædes Proregis inuadũt, atq; in nocte maiori tumultu, quia  
dicebatur quòd Sorollam domi accitũ interemerat. Reuerendiss.  
Episcopus Segobrifeñ. tumultũ sedat, Sorolla viuo ostenso. fo. 14.
- Prorex clam vrbem egressus confugit Setabim. Inde Dianium, vbi an-  
num integrũ moratus Illustriss. fratrem suum Zeneti Marchionem  
cum delectis vrbis, pacis oratorem excipit. Folio 14.
- Alphonsus Segobriæ Dux, Guomara, & Enricus eius parentes mul-  
tis laudantur. Folio 16.

A 2 Illustris

## INDEX.

- Illustris Ioannes Borgius, Gandiæ Dux defenditur & laudatur. Laudatur & commendanda Dña Maria Gabriela eius parens. & Elisabetha Francisca eiusdē Ducis, diuæ Claræ Gandiæ Abatissa. f. 16.
- Seraphinus Oliuæ Comes defenditur, & laudatur. Folio eodem.
- Cotallus Craonū Burgundiæ Ducē antiquū genus à Carolo Magno Cataloniae castrū, & cognomen accipit Scintillarum. Fol. 17.
- Oliuæ Comes, Scintillarum Primas. Eodem.
- Gilibertus à Scintillis à Carolo secundo Neapoleos Rege castro Ferrulæ donatur Siciliae. Folio 17.
- Bernardus à Scintillis Ferdinandū primū huius nominis, Regē Aragonū delectum, Valentia Comestabilis adducit: & introduxit profligatis apud Puteolum Valentinis contrariæ factionis. Fol. eodem.
- Bernardus à Scintillis Alphōsi Aragonū Regis Imperator exercitus, multa vbiq; terrarū facit. Cathenā Massiliae portus trireme sua infringit, & facello Valentinae Sedis circumappendit. Fol. 17.
- Franciscus Gilibertus à Scintillis primus Oliuæ Comes laudatur. Iohanni Aragonū Regi obsesio Balaguerii à Catalanis primus suppetias tulit. Illius copiarum generalis Ductor, priuilegio francolodii Sardinia à Rege donatur. Folio. 18.
- Seraphinus Oliuæ secundus Comes varie laudatur. Fol. 18.
- Cherubinus à Scintillis laudatur. ibidem.
- Franciscus Gilibertus à Scintillis, tertius Oliuæ Comes nocturna pugna, duodecim tantū comitatus equitibus, turmā ducentorū Sarracenorum in litore Pilarū deturbat & profligat. Fol. 18. & 19.
- Pugna Gandiæ Ducis & Francisci Oliuæ Comitis cōtra Turcas Barbaruffæ in valle Alfandiga. Casus Ducis, & inuictus eiusdem Francisci animus, atq; eius periculum. Fol. 20. & 21.
- Comes Consentaniæ Rhodericus Corella. Fernandus Torres Quattor prouincialis regni Valentia. Alphonfus Cardonius Almirans, atq; alii Valentini & Oriolani equites. Dñs Petrus à Maza & eius filius laudantur in pugna Oriolana. Fol. 21. & 22.
- Germanorum tumultus ædes Vicecomitis Chelua Valentia diruit, & Cheluum populatur. Folio 22.
- Germana tyrannis publica Regalia vectigalia Valentia amouet. Caro fit Rationalis. Sorolla Paternæ procurator. Fol. 22.
- Germana tyrannis Franciscum Salinariū hærentem sacerdoti Christi corpus deferenti multis confodit vulneribus. Fol. 22.
- Germana tyrannis exercitū in Ducem Gandiæ expedit, Cornuariam male impugnat. Setabis arcem expugnat. Crispinū equitē strenuū data fide interimit. Folio. 23.
- Urgelles.* Vrgilesio sufficitur Vincentius Peres, exercitū Albaidā traducit. fo. 23
- Pugna Gandensi, prodicione peditum Bethicorum Proregis exercitus soluitur, confugit Dianium, inde Peninsulam adnauigant. Inde Nubles adueniunt. Folio 23. & 24.

Sagunthi

## INDEX.

- Sagunthi arx à germanis Sagunthinis expugnatur, propugnatoribus arcis crudeliter interfectis. Folio. 24.
- Alphonfus Segobriæ Dux cum Montefianis commendatariis, aliisque equitibus vniuersam Planam in regiam deditioem redigit, interempto Stellefio germanorum Ductore apud Castulonem. fo. 24.
- Qui equites Ducem Alphonsum vbiq; sequuti. Fol. 25.
- Duos interemptos pueros Valentiã Sagunthini perducunt, urbem vniuersam in eundem Alphonsum tumultuantes incitant. Fol. 25.
- Pugna Sagũthina, & inclyta Ducis Alphonfi victoria. fo. 27. & 28.
- Qui ex equitibus viriliter pugnantes interiere. Fol. 28.
- Clæmentia Ducis Alphonfi, & eius equitum cõmendatur. fo. eodem
- Catalogus equitum qui cum Alphonfo vicerunt. Fol. 29.
- Peroratio Authoris ad ipsum Alphõsum Ducem. Et quare defuncto Excelso illius parente operis dedicationẽ nõ mutauit. fo. 30. & 31.
- ¶ In secunda apolog. ad Illustriss. Rhodericum Zeneti Marchionem, ob Vincentium Peres ab illo interemptum.
- Elegiacum carmen Illustris Oliuæ Comitis prænotatam apologiam exigentis Folio. 31.
- Apologia ipsa in laudem eiusdem Marchionis, & omnium equitum contra germanos perfidos. Folio 32.
- Eiusdem apologiæ secunda pars omnes equitũ familias laudat. f. 33.
- Eiusdem apologiæ pars tertia, mala recenset quæ germana tyrannis patrauit. Folio 35.
- Quod Rhodericus Zenetius, vt Alphonfus, gloriosius vicit clæmentia q̄ ferro. Et quando & quare retrectandæ sunt pugnae. fo. 36
- ¶ Eiusdem Ioan. Bap. Apologia pro Auibus contra Venatores, Vbi multæ atq; variæ inseruntur alites, multaq; iocis intermissa seria. Folio 37.
- Concinnum & argutũ Oliuæ Comitis carmen pro Venatoribus contra alites. Folio 40.
- Ioan. Bap. respon. ad eundem Oliuæ Comitem. Fol. 41.
- Eiusdem Ioan. Bap. Scholia in eas alites quæ apologiæ sunt insertæ. Quarũ nomina Græcè, Latineq; atq; multa idiomate exponuntur Valentino, quæ in marginibus annotata patent, à Folio 41.
- Erodius q̄ non sit Ardeola, nec Miluus, nec Vpupa: Afio, nec quidem Fulica. Sed Girifaltus, & spiritualiter iustus quisq; sed magis & proprius veritate virtutis Christus. Fol. 43.
- ¶ Pro Saracenis neophytis, eiusdem Ioan. Bap. Epistola ad Reuerendum dominum Ioannem à Gais Folio 48.
- Eiusdem Ioan. Bap. ἐπιστολὴ, ad Illustriss. Archiepiscopum Valentinũ in primo suo aduentu, pro Saracenis neophytis. Fol. 49.
- Eiusdem Ioan. Bap. pro eodem, ad Reuerendum Dominum Franciscum Stagnam, Episcopum Christinopolitanum. Fol. 51.
- Eiusdem Ioan. Bap. querula expostulatio, ad Illustriss. Dominum Archiepi

27) Apologia  
pro Equitibus

3) Apologia  
pro auibus

Excolio id

40) Pro Saracenis  
neophytis

## INDEX.

- chiepiscopum Puteolo ægrotantem. Folio 52.  
 Eiusdem epistola ad Excellentissimam Dominam Mentiam Calabrię  
 Ducem. Folio 53.  
 Eiusdem, Elegia consolatoria ad Excellentiss. Dñm Ferdi. Calabriaę  
 Ducem, in mortem Excellentiss. Dñæ Iuliæ sororis eius. Fol. 53.  
 Eiusdem epigramma ad Illustrem Oliuæ Comitē, pro Domino Pe-  
 tro eius filio puerulo. Folio. 54.  
 Eiusdem Ioan. Bap. Elegia ad Illustriss. Dominum Ferdinandum Car-  
 doniæ Ducem, in obitum Illustriss. Domini Franciscæ Manriques  
 illius coniugis.  
 Et alia carmina lugubria, in mortem Doctoris Viuis. Ioannis Go-  
 mis Theologi. Et nobilis Lucretiæ Dñæ Argiritæ. Et quædam alia.

## AD CANDIDVM LECTOREM.

Quoniam nullus est adeò vbique vigil, qui alicubi non dormitet.  
 Ideo præmonitū te esse vclim, ne, si quid inuersum, vel eluxatum offen-  
 deris, statim præcipitatus cōdemnes: sed beneuolo animo potius emen-  
 des.

Quæ autem notauimus sic legenda sunt.

- Fol. 10. pagina. 2. Turia te nitidis irrigat amnis aquis.  
 Fol. 20. pag. 2. linea. 3. ante finē, leges. Franciscum iuum, q̄, dispūcta.  
 Fol. 21. pag. 2. ante medium, legendum, vetustissimæ.  
 Fol. 24. pag. 1. versu. 5. incumbibat.  
 Fol. 26. & ubiq̄ legendum Peloponnesus, cum vnico. l. p. f. & dupli-  
 ci. n. vt Tortel. placet.  
 Fol. 28. Zaeram Onophrii Zaerę filiū, pugna Sagunthina occubuisse  
 falso instructus relatu scripsi. Post eum impressum locum certius sci-  
 ui interfuisse eum, non tamen interiisse.  
 Fol. 32. versu à fine tertio, lege Cadmi.  
 Fol. 55. Lege. Debeat innocuus nec mala ferre mali.  
 Fol. 37. in titulo apolog. lege Theosophi. Eodem fol. Ficedula.  
 Hispaniam multi cum. y. Græco scripsere. Tortel. tamē cum. i. iota scri-  
 bendam contendit. Immo, ubiq̄ lege cum duplici. m. Cæpi à  
 Cæpio lege cum. æ. Cæpi autem à Cæpio, quo vsi sunt prisca, vnde in-  
 cipio, semper lege cum. æ.  
 Folio. 50. Antonium nisi ~~per eclipsum~~ dispun cta. i. scandes, non stabit  
 versus.  
 Fol. 52. pag. 2. Vlcera curentur ne nostra heu putrida.  
 In Indice vbi dicit Cornuariam, legendum Coruariam.

Hæc prænotasse placuit, vt noris incuria, non inscitia factum.  
 Vale, Et amico animo lege.

AD EX-

# AD EXCELLEN

TISSIMAM DOMINAM MENTIAM MENDO-

ciam, Calabriae Ducem, geminum virtutum, Musarumque spe-

cimen. Ioannes Baptista Agnesius, Sacerdos, & Theoso-

phus Valentinas. Atque ad Lectores beneuolos.



Visquis dignaris nostros percurrere agellos.

Hæc merces hausti digna laboris erit.

Non flores legisse decoros, vernulus vno

Quos fert momento voluolus occiduos.

Sed documēta palam profint, quæ in tempora cunctis

Urbibus, & populis, nobilibusque viris.

His norint scriptis, quæ commoda, quæ bona Enyo

Ciuilis regnis, seditiove parit.

Et quæ magnanimos equites, & gloria fidos

Quæ ciues, quantus iure coronat honos.

Non hinc Pympleios expectes carpere flores,

Non nos Meoniis scripsimus ista viris.

Zoile nēve tibi, Maromastigibusve cruentis.

Qui faciant quum nil. omnia dilaniant.

Candida sed niuco quibus est in pectore virtus.

Et germana quibus non sit amica lues.

Omnia curauit fierent hinc peruia cuique.

Isthac sed non sunt Bethica, nemo leget.

Nemo leget? nemo. temnunt nostratia nostri.

Quin faciunt, nisi sint extera, cuncta pili.

Libris authorum nisi portentosa legantur

Nomina. nil lectu cætera digna putant.

Lemate quis primo Baptistæ nomine lecto,

Non sciolus temnet, reiicietque procul?

Sed non despicient fidiisque probisque, Latini

Est quibus eloquii copia nota satis.

Sacricolum ex cætu, quot sunt ex ordine Equestri

Insignes Musis, quot procerumque sophi?

PRO APOLOGIA EQVITVM,  
 Quanta vtriusq; phalanx & consultissima iuris?  
 Hippocrates quot sunt hac & in vrbe viri?  
 Est nusquam toto Latium florentius orbe  
 Eloquium. nusquam vernat Athena magis.  
 Ergo legent nostros multi, relegentq; libellos.  
 Et si sit nemo qui legat, vna leget.  
 Vna leget. redimetq; suas cultissima laudes  
 Vernis ingenii floribus vna sui.  
 Vna leget Dux, atq; parens Mentia fororum,  
 Zeneti celso vertice nata Iouis.  
 Præcelli coniunx Calabri castissima Phœbi,  
 Qua virtus floret, Castalidesq; virent.  
 Sufficit vna meos igitur Mentia libellos  
 Excipiat, nomen his legat atq; suum.  
 Iure suum, Patris, atque Equitum defendet honorem.  
 Sub cuius clypeo tutus & author erit.

FRANCISCVS OLIVAE COMES, OBSER-  
 VANDO SVO IOANNI BAPTISTAE  
 Agnesio, Sacerdoti, ac Theologo Valen.



N sapientia abscondita, & in thesauro inuiso, quæ uti-  
 litas in vtrisque? Miraberis mi obseruande Baptista,  
 quare sic exorsus, pacis tempore, tecum dissidium que-  
 ram. Quoniam tu sub pacis prætextu contra opinio-  
 nem meam iamolim contumax pugnas. Quotidie di-  
 tescis Musis, & Musarum partas opes abscondis. Vin-  
 tis, & victor triumphum fugis. Cui erit amicus, qui sibi est inimicus?  
 Cui fidus, qui sibi est infidus? Quid prodest quotidie libellos ædere, &  
 nunquam emittere? Inter alites nulla suis ouis non incubat, eductos  
 pullos non alit, alitos non tandem è nido emittit. Infamem si Cucu-  
 lum dempseris. Inter truculentas feras iudicio meo nulla domestica  
 truculentior Fele, quæ, quum suos aliq feræ omnes, fœtus nutriant, fo-  
 ueant, tueantur: sola crudelis interimit, crudelior vorat. At nō omnes  
 Feles hoc semper, & tu semper. Fœliciter cōcipis, fœlicius paris. omniū  
 cruentissimus, atque cruenta ipsa fele immanior fœtus æditos occas.  
 Et velut seruus ille nequam acceptam ad quæstum pecuniam, terræ  
 infodis. Quasi DEVS Optimus Max. ingenii, Musarumq; doctas ga-  
 zas, tibi vni tantum dederit, & non ad omnes, vt hinc iam nulli emer-  
 gat du-



gat dubiū quòd in te iuxta Menandri verbū. ἄμ', ἄλιν' ἴω καὶ τὴν κερὶ ἡχάρισ. Ergo vel desine parere, vel certè æditos fœtus emitte. Apologiam in germanos, pro equitibus. In laudem maximè Alphonsi mei, quam Nublis iam olim me puerulo edidisti, toties optatam, tandē mit-  
tas rogo, vel saltem mihi. (Nec strophis, vt sæpe, technisq; rogamtem elude.) vt imminenti iamiam feriato hoc quadragesimæ tempore, quoniam currere pedes oppeditus non possum, animo expeditus opus ipsum percurram sedens. At non sine fœnore miseris. Addas oratione soluta quidquid carminis angustię deest. non rogo, sed flagito. Quod nisi sponte vltroneus fœceris, posthac non aberit, quin vi coactus, inuitus vel libens facias. Vale. Oliuæ Idibus Febroarii. 1542.

Id est, simul collatū est & mortuum beneficium.

ILLVSTRI DOMINO FRANCISCO GILIBERTO, SCINTILLARVM PRIMATI, OLIVAE Comiti. Insigniq; virtutum atq; Musarum cultori.  
Ioan. Bapt. Agnesius, Sacerdos Valentinas.



Vum varia sint iudicia hominum, atq; vnusquisq; suo sensu quæ intelligit iudicat. Non possum Illustris Comes, sicut non me tibi totum debere, ita nec sinistra criticorum non iudicia formidare. Tu itaq; candido tuo animo nulla iudicas mala. Mali maxime scioli vbique allucinantes nulla adprobant bona. Sua quin inuida præcipitati inscitia, omnia cæco iudicio tanq̄ indigna damnant, quum nil tamen ipsi dignū egerint. Vnde formidandos hos iudices iure suadebat Phocylides, quū dixit. μηδέποτε κρίνειν ἀδικήμονας ἀνδρας ζήσισ. Vnde quum natura me effinxerit ad canū latratus pavidum, osorem ignauix, amatorem musarum, pecuniarū nil cupidum, ac gloriæ contemptorem. Natiuo mihi studio penè à pueritia fuit, vt ignauiam frangerem, totos ferè dies ac noctes bonis literarū studiis impendere, succiuisq; horis post sacram lectionem, diuturnumq; concionandi annorum octo & triginta negocium, multa atq; varia vtraq; oratione stilo meo, id est, facili atq; simplici ædere. Eaq; candidis amicis dispungenda pandere. Sed contrà, opicis mordaculis, quantum par fuit abscondere. Malens inglorius apud me latere cum pace, quàm venti cupidus cum inuidia apud omneis opicorū patere morsibus murū. Qui glorię sibi culmen imponere putant, si scriptorum Illustrum singula balbanare, seuera fronte, corrugatoq; supercilio, scioli trutinantes, quæ non intelligūt, vel apicem saltem non probè notatū, carpant. Horum ergo iudicium vt indemnis euaderem, malui latere tutus, quàm digito cum meo periculo demonstrari. Sua inopia locuples, tranquillaq; sua ingloria latebra gloriosus, fauorem magnatum nō appetit. Hinc em̄ teitis  
fidissi

Id est, nunquam iudiciū facere imperitos permittes.

## PRO APOLOGIA EQVITVM,

fidissimus meminisse potes, Anno Domini. 1518. quum te Oliuæ puerulum sacram docerem poësim, duodecim Epigrammatum exactos libros Illustri patruo tuo me dicasse, nunquam tamē exhibuisse. Qui domi semicorrofi tineis, cum multis alijs libellis iacēt. Vnde quū omnia penē quæ hæctenus annis multis ædidi, luserim, non vt diues, nec vt multi nominis fierem: Verum vt vel ocium fallerem, aut quid rude hoc potuerit ingeniolum experirer (quum maximè tanti meæ nunquam fæcerim, quæ in lucem iure prodire deberent) gloriæ meæ incurius, palleas trituræ meæ non in ventum iactaui, non circumtulsi, sed quidem mecum mihi, amicis que meis recondidi. Vt est opusculum, quod vt ad te mittā precibus minax extorques. Leges igitur tuorum laudibus tuas laudes immistas. Vt posteritui quum perlegerint, norint, quum claudum rescuerint, quod non scelere, non probro, nec in prælio vulnera recaperis fugiens, sed pro Christiana religione, pro nominis Christiani zelo magnanimus in Turcas pugnans. Accipies tamen ea lege libellum, vt singillatim dispungas, emūgas, musarum que tuarum geminis exornes. Atque inde quidquid libuerit non roges minax, imperiosus sed, vt potes, iubeas. Vale. Valentia, Iulii. 23. 1542.

FRANCISCVS OLIVAE COMES, OBSERVANDO SVO IOANNI BAPTISTAE AGNESIO  
Sacerdoti, ac Theologo bene merito.



Pologeticam elegiam tuam diu, multumque desyderatā, tandem lætus recæpi, quanquam multi emptam mihi. Nam carius paratur nihil, quàm quod multis precibus emitur. Gratias tamen habeo tibi, quod aliquando promissum reddideris. Neque enim ægrè fero quod in reddendo serior fueris, vbi satis opus votis meis respondet. Nec dixeris intempestiuū, licet ab eius conceptu post annos vnde viginti prodeat vel violento nixu in lucem. Quum maximè historiæ, principumque annales, non nisi post eorum cineres in lucem exire soleant. Opus ergo lætus accæpi, lætiorque pensim atque adamussim perlegi. Atque hinc fortè iamiam laudari sperabas. Verum non laudo, non laudibus extollo. Quoniam te certò scio non Camæleon alere. Satis utique tibi fore existima, te laude digna fæcisse. Tamen quod sentio, breui sermone aperiam. Placerēt omnia simul, & singula, si inter gigantes Pygmæos, & claudos inter rectos non inseruisses. Laudabo igitur opus, authoremque superextollam, sed quū hinc nomē meū expunxeris. Quum nomine meo digna patraffe, quàm laudari à Priamo (si libera daretur optio) longè ante delægerim. Quod autem in meorum laudes effusior fueris, in aliorum Illustrium parcior, vt iudicio meo visum est,

sum est, displicet. Non quòd omnium non enarrator veridicus fueris. Multo enim multorum relatu sum pene omnium sciens. Verum quòd Alphonsi Segobria. Rhoderici Zenetii. Gandensiq; Borgii, atque (vt breuitatis gratia reliquos obiter multa laude dignos præteream) Domini Petri à Maza prælustribus meritis, inferiora longè videantur omnium vniuersa præconia. Atqui cum optimo cuiq; atq; magnanimo natura sim addictissimus. Iure adfectu me tenerrimo vinci dices. Quin placet, & ratione vinci. Deniq; ne labor tuus omnino fieret cassus, memoriaq; facinorum tantorum Illustrium longiori tua pariter periret incuria. exoptarem typis æneis opus excudi. Si quidem è medio erraso nomine meo fieri posset. Cæterum ad hæc Reuerendus Rosellius noster, pecuniarum quantum suffecerit, tibi impendet. Vale. Oliuæ Augusti. 17. 1542.

ILLVSTRI DOMINO FRANCISCO GILIBERTO,  
TO, SCINTILLARVM PRIMATI, OLIVAE COMITI,  
Virtutum ac bonarum literarum cultori munifico.

Suus Ioannes Baptista Agnesius, ob recepta  
ditia munera.

*Oda*



Vfficiant quum pauca mihi, quid multa profundis?

Sufficiens victus quotidianus adest.

Verus nam Christi mystes, milesq; diurno

Victu, ac vestitu paupere ditior est.

His ego prædiues, cupio nil, cuncta supersunt.

Grata vbi paupertas sufficit vna mihi.

Byssina pertenui contexta subucula lino

Non placet, arte fuit quamve Minerua Phryga.

Villoso vestes ex gausape cædo prophanis.

Rasum quin mystas iure decere negem.

Cymata vix Christi summis admitto tyrannis.

Sat mihi veste rudi est corpora nuda tegi.

Corrosis humilis domus est mihi fumida tignis.

Mensuræ haud vasti corporis apta mei.

Frugalis mihi mensa bono supereffluit omni.

Nutrit vbi assidnam pane diurna famem.

Lectulus estq; mihi, quanquam pede claudicet vno.

Commodus auroræ qui excipit vsque grauem.

Acceditq;

## PRO APO. EQVIT. CONT. GERM.

Acceditq; animi libertas libera, pressum  
 Quem nulla ambitio, nulla cupido tenet.  
 Prodiga gluttonum nil me læmargia captat.  
 Nil vigilem pernox alca cæca rapit.  
 Nil habeo, cupioq; nihil. nil deest mihi, diues  
 Paupertate mea. plura quid inde velim?  
 Pane vno saturo, panes quid mille profundis?  
 Induto vestes quid geminare iubes?  
 Craſſo, ac lucullo nummo præditior vno,  
 Num tua quòd cupiam ditia dona putas?  
 Fures vis timeam? vis cura adimatq; quietem?  
 Exoptetq; hæres heu cita fata mihi?  
 Indiga nummorum cum nummis crescit egestas.  
 Non est, cui rerum sufficit vsus, inops.  
 Magnificus miseris profunderc suetus egenis,  
 Munifico nescis ponere fræna animo.  
 Infundis sed plus quàm vas capit, efluit, ecquid  
 Dic Cræſo addis opes? in mare fundis aquas?  
 Nil malè sed gratus tibi sum. superesflua damno.  
 Nonne beneficiis obruis, atq; grauas?  
 Virtutum est moderata fames fidissima custos.  
 Copia virtutem strangulat, atq; necat.  
 Ergo, age, sic oleum lychno hinc infunde. lucerna  
 Obruta ne fumer: sed bene fota micet.  
 Cœtera quæ imperitas fient ita, tempore nullo  
 Virtutis pereant vt monumenta tuæ.

ILLV-

# ILLVSTRISSI

MO DOMINO ALPHONSO ARAGONEO,  
duci Segobriæ. Franciscus Oliuæ comes.



Vum tibi sim vitæ primis addictus ab annis,  
AEmulus & fuerim laudis vbiq; tuæ.

Quotidie atq; vbi amor veteri nouus auget amori  
Fomenta. obseruem te vt magis atq; magis.

Mirari debes nihil Illustrissime Princeps.

Extingui nomen si veto, si obsto tuum.

**H**Inc nec indignum nomini meo videri cuiquam debet, siquidem sæpe sepiusq; tam improbus exactor fuerim eius elegiæ apologiæ: quam anno domini. 1521. nostro Nublarū opido reuerendus tunc præceptor meus Ioannes Baptista Agnesius ædidi pro equitibus contra ciuilem coniurationem germanorū Valentinatū. Quam mihi tunc puerulo quum legisset, adnotavi solerter eam maxime æditam in laudem nominis tui, omniumq; equitum, atq; bonorum ciuium. Quare bonarum literarum quantulum cunq; amator, tuæq; non minus æmulator virtutis: ferre nunquam æquo animo potui, accensam laudis tuæ lucernam, latere sub modio, atq; tam dignas illius lucubrations interire pariter cum præclaro nomine tuo. Rogavi sæpius opusculum in lucem emitteret, Atq; ille vt est studiosus virtutis, & suæ laudis incurius: rogantem sæpius elusit strophis. Tandem probum improbus improbitate vici: vi penè extorfi. Atq; fortè contra votum tuum (scio enim te malle laudem demereri, quàm laudari) ad te opus mitto dignum quod æneis incudipis iam olim iussissem. siquidē legi id posset absq; meo probro. Nā ille quo merito nescio. Inter flammantes meorum scintillas, me, vt puto velut fumū inseruit. Quod certè omnino è medio abrafissem, nisi veritatem infœlicis fati mei omnibus conspicuam fieri placuisset Nam tuo præsigni exemplo. qui honestius duxisti viriliter ante mori quàm timidè tergiuersari, semper mihi in equite equestri nomine nō indigno. Indigniozem existimaui timiditatem tutam: audacia ipsa licet periculosa. Emitteritur igitur diu optatum tuarum laudum, equitumq; illustrium opus. non tam præsentibus quidem quàm posteris. Indignum omnino ratus, vt inclyta factorum tuorum, equitumq; nostratium simul memoria cum vita excideret: quæ exemplo ad æmulationem equitibus omnibus iure esse possunt. Vale,

Oliuæ. Augusti. 15. 1542.

Gloriosus est laudē demereri, quàm laudari.

In equite digno, indignior timiditas audacia.

B AD AV

## A P O L O G I A,

AD AVGVSTISSIMVM SPLENDIDISSIMVM  
que principem dominum Enricum Aragoneum: patriæ patrem &  
conseruatorem. Ioannis Baptistæ Agneshi sacerdotis & theo-  
sophi Valentinatis, Apologia pro equitibus atq; ciui-  
bus Valentinis optimis, In germanam malo-  
rum ciuium factionem.



Nter vtrancq; fortunam prosperam & aduersam, Au-  
gustissime princeps quantū interfit discriminis, nemo  
eit, vt reor, qui nesciat. Hæ siquidem sicut natura dispa-  
res, ita sunt effectu discordes. Dextra iuuat faustos: vr-  
get sed læua misellos. Quippe quod vna attollat hu-  
miles, altera deiciat altos. Diruat ista, erigat illa. At si-  
cut prima copulata ignauia, luxum parit & fastum. Altera sic duro  
semper coniuncta labori, despicabilem ædit contemptum, & violen-  
tam necessitatē. Ita profectō fit, vt cræbro quæ delectat lædat, & pro-  
fit quæ displicet. Sed quare ista tam longa circumacta verborū am-  
bage? Quoniam scilicet regio nomini tuo summam bonorum ma-  
lorumq; calamitosæ nostræ huius tempestatis, quæ germanæ factio-  
nis furor, nostræ huic vrbi est ortus, coalitus, & extinctus: compen-  
dio mihi descripturo vtriusq; fortunæ partus, id est, necessitas, ger-  
manis vituperationis. equitibus & bonis ciuibus laudis. Tibi Alphō  
soq; tuo gloriæ & immortalitatis amplam materiam ministravit.  
Nam si recensere nonnihil licet. In quot obsecro mala. In quæve fa-  
cinora, prospera & sinistra fortuna nostros præcipitavit Valentina-  
tes: vt hostilia capefierēt arma. In amicos. in affines. in cognatos. in  
dominos. in patronos. in leges. in regem: atq; in Deum?

Necessitas  
mala.

Necessitas il-  
leges facit.  
Germanorū  
factio quan-  
tum habuit  
insaniæ atq;  
rapacitatis.  
Impia ger-  
manorū faci-  
nora.

Proregis pe-  
dites sacra  
incenderunt  
phana.

V Erum vt cōpendio attingam propositū, Aduersa fortuna qd  
durius? Necessitate quid violētius? Menādri est nō incōcinna  
sententia, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλά ποιούμεθα κακὰ, q; præ necessi-  
tate multa facimus mala. Nec aliud est quod vulgō nostris est pro-  
adagio, q; necessitas non habet legē: nisi q; necessitas homines ille-  
ges facit, id est, sine lege. In quos itaq; malorum atq; facinorū æstus,  
Germanorū plærosq; vtriusq; sortis homines, dura & cruēta necessitatis demerit  
factio quan- procella, enarrare nō est facile. Probarunt insani germanæ factio-  
tum habuit authores: qui propriis famulis. exteris, perditissimisq; famelicis rerū  
insaniæ atq; suarū ascitis in dominos, totius reipub. summā subdidere calcandā.  
rapacitatis. effreni quorū arbitriū & ipsi iugū subiere inuiti. Quī tandē domesti-  
Impia ger- cis atq; publicis exhaustis opibus, extrema rei familiaris acti necessita-  
manorū faci te, lymphatico arrepti morbo toto insaniæ spiritu passim in patriam  
nora. debacchātes populati sunt oppida. demoliti sunt pagos, cōbuserūtq;  
Proregis pe domos. Et ne qd deesset criminis, infanda addiderūt sacrilegia, sacra  
dites sacra violantes loca, ac spoliātes delubra, quod proh dolor Proregis pas-  
incenderunt fim & fecere phalanges, oppidis Quartii, Torrētis, Algemizirii atq;  
phana. ecclesie Oleariæ. Quarū duas vltimas immisso sacrilego igne, omi  
contem

contempta Dei reuerentia atq; metu simul cum incluso populo combusserunt. Quo furiae aestro etiam nostri acti in id deuenere insaniae vt cruenti nullo fidei legisq; seruato foedere, neq; amicis, neq; inimicis, neq; pepercerint exteris neque indigenis.

**A**lque ita fit vt sicut necessitas reprobos deteriores. bonos efficiat meliores, vt omnibus est vbiq; conspicuum. Nam qd precor est necessitate sagacius? qd solertius? atq; industrius? Necessitas ingenium acuit, artes inuenit, ignauos excitat, socordes officiosos atq; imbecilles imbelles, impavidos efficit atq; pugnaces. Atq; ita fit vt necessitas, quae scelestis est perniciofa: sit bonis proficua. Quot precor ingenia, quot animi, quot viri ad multa praelara habiles: velut sepulti oculi latitant tenebris? Ocium quidem virtus languescit, & desidia velut ignita pruna, cinerea sepelitur fauilla. Rubiginem vomis obducit, quem non exercet agricola. Neglectis vrenda filix innascitur agris. Necessaria est igitur plerumq; mortalibus atq; ad comoda necessitatis procella: quae exerceat, non quae submergat: quae euoluat, non quae inuoluat: quae excitet, non quae opprimat. Nec precipitur piper nisi teratur. Cymbali nec metallum agnoscitur, nisi pulsetur. Neq; ad gloriae fastigium nisi per ardua tenditur. Militis robur, & ducis animum sola pugna ostendit. Quis vel Ulixem prouidum, magnanimum Aeacidem: vel Hectora nouisset ferocem, Troiae nisi decennale probasset bellum? Sic quoq; inuictissimus inclyti filii tui Alphonsi animus adhuc latitaret sub tenebris: nisi nup pugna Saguntina propalasset. Quae vltima necessitate actus (tantum cum virum mori, non tergiversari licebat) tribus peditum millibus quorum pars maxima Sarracenorum imbellis erat: paucissimis supra centum comitatus equitibus. non grauibus oneratus armis: sed animis accinctus inuictis, germanorum supra millia septem, ante penem fudit, debellauit, quae inopinum eorum aduentum sua phalanx rescivit. At eadem ipsa necessitas augustissime Princeps quod laudis: quid in te gloriae detexerit a Zephyris patet in Euros. Qui siquidem viderunt attestantur, & publico fatentur assensu. Atq; ego qui vidi palam vsq; profabor, te nostrae urbis & patriae patrem ac seruatore. Tuum namq; regale vetustumq; regum Gotthorum genus, Regius animus, Augusti mores, Excelsae summoque heroe dignae virtutes, Iusticia, Clemencia, Munificencia: atq; supra omnia cunctis iam olim erat nota feruens in Deum, diuamq; Dei parentem religio, vt ea quidem parte inter principes atq; summates iam te nemo sit habitus vigilantior, nemo ornatior, nemo sumptuosior, obliuianrior ac religiosior. Verum multos adhuc regia tua latebat in patriam atq; in ciues tuos pietas. Tempestiue demum, ne qua virtus tuarum laudum deesset aceruo, erumosa infelicis nostrae huius tempestatis eam patefecit calamitatis necessitas. **I T A Q V E** effrena furoris germanae factionis tyrannis. cuius pars maxima exterorum fuit, hellionum, ac perditissimorum hominum, quorum urbs nostra patens est iam olim: atq; commune colluuium ab antiqua Saguntino in Contestaniam quam

Necessitas bona.

Ocium grande malum.

Necessaria quandoque necessitas. Ad gloriae fastigium non nisi per ardua tenditur

Necessitas quantum Alphonsum Segobrie ducem euexit in pugna Saguntina.

Quid necessitas in Enrico precello infante detexit.

Germana tyrannis quantum regni obtinuit.

Planā omnē in regiā de- ditionē dux Alphōsus re degit.

Nuble vulgo Nules, oppi dū Oliuæ co mitis.

Quo proru pit infanus germanorū furor.

Oppressi ci- ues probi ab improbis.

Quātū euer sa calcataq; omnia à ger manis.

Quale ho- minū genus repub. mo derabatur.

Tumultus & procellæ il- lius tēporis.

Illustris. Ro- dericus men docius Zene thi marchio urbem ab in cendio, exci diēq; immu nem seruauit, qui alter Athlas urbem humero ne rueret, sustinuisse dicitur. Cui velut Danieli inter leones germanos in urbis lacu periclitanti, regius Enricus infans prādium suppetiarum detulit Valentiam veniens, vt Danieli detulit sanctus propheta Abacuch.

Murgim & vulgò Murciam dicūt: saeva rapacitate totum inuaserat, occupatq; regnum. Nam reliquam regni partem ab eadem Sagun- tho in Peninsulam advsque Dertusam (supplicio publico apud Castu- lonem interempto Stellefio quodam fabro lignario germanæ factio- nis ducentorum prædonum ductore.) Excellentissimus Alphonfus tuus, Francisco Despugio militum Montefii ordinis præposito, reli- quisq; adiutus equitibus, quorum nomina alio loco notabimus, è ra- pidis tyrannorum manibus eruerat. Nublis, quam vulgò Nules ad- pellāt, castrametatus tutabatur. At vbi infauista Gandensi pugna ma- nifestaria Bethicorum peditum proditione proregis fuit fusus exer- citus. Effera rapaxq; prædonum germanæ factionis tyrannis, in tan- tum insanix prorupit fastum: vt equites omneis, bonosq; ciues, quos fuliginatos adpellitabāt & perfidos, tricipiti deuouerit Cerbero, te- trāq; Perzephonæ, palām quidem omnibus igneis, crudeleq; minita- bantur interitum. A deoq; inualuerat eorū & robur & furor, vt opti- mi quicq; fidiq; ciues, quorum numerus, etsi viribus impar, haud erat exiguus, non modo obstare, sed nec auderent mutire.

A itaq; tempestate, in tota vrbe, in toto regno: nullus erat rei- pub. pater, nullus consul, prætor nullus, nullus magistratus, di- ctator aut rex: nisi seuosus Vincētius Peres candelarius. Franci- scotus matrinæ, Perotus Vilefius. Itē Vrgilefius Sifonius, itē Frāncisco tus alter Iordānus: & quidem hi tres ganeones insignes, delecti è me- dio lupanari. Quibus & adnumeratus fuerat quidam Ioannes Mar- tinus: atq; huic comes & collega quidam Ianotus Alphonfus. Qui- bus & alii quamplures vltima hominum fex & colluies: quorū no- mina vt quidem & acta omī sunt prorsus indigna relatu. His itaq; passim regnantibus. Imo omnibus (vnusquisq; enim qui audebat ali- quid gyaris & carcere dignum, erat & princeps & rex) quotidie in vr- be tumultus, tympanorum quot horis armorumq; strepitus. Debac- chabātur germani passim tumidis atq; minacibus animis: vt rerum domini pleno iure fidis vt perfidis minabātur excidium: nec vlli vs- quam erat aliquid tutum. Nimirum vbi nulla vsquam erat bonorū reuerentia: nullus legum vlticium metus: nullus supplicii timor. sua quisq; in germanorum prædam fore sperabat, exanguiq; ore vbique pauidus lætum sibi imminere pallebat.

Nec tantum in homines, proh inauditū scelus, verū etiam in- fidi insaniebant in deos. Quippe sacras ædes etiam in suam- vertere prædam minabantur palām: quod quidem haud du- bium, quin sacrilegi puicaces non semel patraffent: nisi Illustrissimus Rhodericus Mendocius Zeneti marchio munificus atq; magnani- mus beneficiis multis, multo animo, multoq; obstitisset consilio. Ve- nem seruauit, qui alter Athlas urbem humero ne rueret, sustinuisse dicitur. Cui velut Danieli inter leones germanos in urbis lacu periclitanti, regius Enricus infans prædium suppetiarum detulit Valentiam veniens, vt Danieli detulit sanctus propheta Abacuch.

rum



rum prouidam tanti viri sapientiam, & si non euertebat, opprimebat tamen insolens atque effrena reproborum audacia. Quare tanto rerum pondere Zenetio Athlante non quidem victo: sed fessio, eo maxime tempore, quo eius coniugem foeminarum & integerrimam & formosissimam caeco tumulo mors inuida clauserat. Tu pientissime pater velut alter Abacuch, vt excelsi consilii tui prandio periclitanti Zenetio Danieli succurreres ab alta tua Segobria descendens in lacum venisti leonum. Senili hinc etsi corpore, animo tamen iuuenili: similis Hercules, ruenti iam reipub. sublimes supposuisti humeros, patrioque animo pro multis regiū caput impavidus mortis opponens periculis. Periantri implesti praecipuum dicentis *Δυήσκε ὑπὲρ πατρί-δος*. Vnde & sapientis iure Cicero eos, ad Herennium scribens iudicabat, qui, vt ait, patriae pericula suo periculo expetunt: quū & cum quem debent honorem reipub. reddunt: & pro multis perire malunt quam cum multis. Insigni itaque ostendisti exemplo verum illud esse Horatianum, quod dulce & decorum est pro patria mori.

**A**T tu non solum pro patria, sed pro tuo Cesare: imo & pro toto regno dulce tibi proposuisti mori. Ecquae maior pietas? Flagrantior charitas? Dubium hinc emergit, Inclyte princeps, in te quid mirandum magis (neque enim nisi publica refero) animus? an pietas? aut quidem charitas? Omnia quippe miranda sunt, & singula perpetuis digna encomiis. Morti quidem animam obtulisti pro amicis tuis. pro populis tuis. pro filiis tuis. Nonne post Caesarem tu noster pater & dominus? Et certe maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis vitam suam ponat pro amicis. At hoc plerosque facisse per sepe, etiam Gentilium narrant hystoriae. Et quidem facere quod plerique faciunt non eximium dixerim. Id olim facit pro Pyrithoo Thefeus. pro Niso Euryalus. pro Castore Pollux. pro Patroelo Aeacides facit & pro Oreste Pylades. Pro amico amicum, pro fratre fratrem, pro filio patrem sese morti offerre vulgare est: sed pro inimicis, quidem rarissimum. Dominantium dominus rex noster **CHRISTVS** hoc primum facit semel: & tu secundus post Christum. Inimici ne regis amici tui sunt? Absit. Quin hostilissimi. Quale est igitur hoc: vt pro inimicissimis mortis te periculis obtuleris? Sed auitum patrum tuorum regnum. seruandum, non deserendum. fouendum, non perdendum erat. Res memoratu digna perpetuo. Cid Rhodericus dias e Sarra- cenorum iugo hanc primam urbem eripuit. Iacobus auus tuus in de- ditionem cum toto regno receptam Christo subdidit. Tu tandem, Rhodericusque Zenetius tuus, vterque suo iure: tu parentum tuorum, ille autem sui regnum & urbem inter rapaces cruentasque germanorum praedonum manus seruaftis incolumem. Vt ergo ab exteris regnum & urbem hanc eriperet hostibus tuus ille inclytissimus auus, belli sese Zenetius, atque Enricus Aragonens e germanis redemerunt, seruauerunt incolumem. Rhodericus mar- chio sapientissimus magnanimus atque inuictissimus, multo vitae suae periculo Vincentium Peres

Idem Enricus alter Hercu- les Athlanti id est, mar- chioni Zene- ti fuit.

*θυήσκε &c.* id est pugna pro patria. Pro Caesare pro regno & patria En- ricus vltro morti se ob- tulit.

Enricus non modo pro amicis, sed & pro inimicis mortis se pe- riculis obtu- lit.

Cid Rhode- ricus dias, & rex Iacobus e Sarra- cenis hoc regnum eripuerunt, Rhodericus

## A P O L O G I A,

tyrannū in-  
uasit, vicit  
atq; intere-  
mit. Urbēq;  
Valentiam  
liberauit at  
que ita Cæ-  
sareo iugo re-  
stituit.

deuouit sudoribus. Tu vt à domesticis redimeres, extræmis te oppo-  
sisti periculis, id est, manibus insanientium. Neque enim insanix mor-  
bo conuenientior Hippocrates occurrere potuit. Fregisti quidem  
pietate sæuitiam. Lenitate domuisti ferociam, & sapientia vicisti ma-  
liciam. Consilio itaque quo prudenteis præstas, recalcitrantem duxi-  
sti bouem ad iugum. Iugo demum tuus Rhodericus Zenetius Mar-  
chio subdidit: absciso insanæ germanæ phreneseos capite in Vincen-  
tjo Peres, Vnde vterque nobis procellam vertistis in auram, & nubi-  
lum in serenum. Te quidem sapientissime pater & princeps adspiran-  
te vt flauit Boreas, id est, aduenit urbem è Nublis prorex. Illicet tur-  
bulenti omnes tyrannorum procul fugati sunt nimbi, & placidus pa-  
cis restitutus est dies. Te nanque rumpente contritus est laqueus, &  
nos liberati sumus. Cuius boni principium, quum sua victoria in-  
uictissimus Alphonsus tuus faceret, tu prudentia finem: vtriq; perpe-  
tuas debemus gratias. Illi velut principio, tibi quidem tanquam prin-  
cipio mediòque ac fini, Cui talem ac tantum contigit futurum nobis  
generasse patronum, qui tecum patriæ fuerit liberator, restitutor,  
ac tutor.

Cōcinne En-  
ricum & Al-  
phōsum vtri-  
que adsimi-  
lat Decio,  
Marchionē  
vero Atheni-  
ensū Codro  
qui pro suis  
morti se de-  
nouere.

Fidelitatem  
suam author  
ostendit mul-  
to testimōio

**I**Nde nimirum nos omneis perpetuos deuinxisti clientes. Vnde  
& tibi tanquam patri patriæ conseruatori, atque cum Alphonso  
tuo, cumq; Zenetio marchione inuictissimo liberatori, patriæ &  
urbis debemus libertatem: ac velut duobus Decis, & Atheniensium  
Codro, ciuium debemus victoriam, populorum salutem: ac totius  
regni vitam. Quapropter non malam: sed bonam. nō infauitā: sed  
fœlicissimā nostram dixerim necessitatem, quæ taleis ac tantos no-  
bis ædidit patres & liberatores, qui nos, qui urbem, qui totam patriā  
immunem eruerint, seruauerintq; cum suo tanto periculo è rapidis  
tyrannidos germanæ incendiis. Seminecemq; vitæ: ac penè iam fœde  
subactam seruitutis iugo, pristina restituerint libertati. Quorū ego  
allectus virtutibus, & inclytis deuinctis meritis, vestras mea rauci-  
fona lyra cantare laudes tumultuariè Nublis, inter horridos tympa-  
norum armorumq; strepitus compulsus sum, partim vt multo conso-  
nòque ac publico multorū accæpi relatu, partimq; vt ipse vidi. Hinc  
scilicet duplex me adsequi sperans emolumentum. Vnum, quoniam  
vbi meas has perspexeris lucubratiunculas regio nomini tuo dica-  
tas, me fidum semper, non perfidum: nec germanæ insanix vnquam  
fautorem, sed quidem infensissimū hostem, acerrimumq; semper de-  
prehendes obiurgatorem, qui, quum germanos fontes, eius insanix  
ductores inter præcipuos haberem cognatos, Oliuam omnemq; meā  
librorum pariter supellectilem deserens, cum Oliuæ comite, cumque  
nobili adolescente domino Francisco illius nepote ex fratre, dulcis-  
simo alumno meo, malui nudus vita quàm fide periclitari. Tum alte-  
rum mihi emolumentum futurum inde speraui, quoniam isto publi-  
co argumento in posterum omnes elicient, tuq; ipse plena conspica-  
beris

beris luce, quantum Baptista tuus celsitudinis tuæ, inuictissimiq; Alphonfi tui laudum vbiq; sit feruentissimus amator, admirator & præco. Qui patrem in filio & in patre filium spiritu toto obseruo, fido amplector pectore, mente suplici colo, atq; vtrunq; semper faustissimum fœliciter valere exopto. Vale vnicum & principū, & Hesperia specimen, patriæ pater & seruator. Iterum vale. Nublis pridia calend. Decembris. 1521.

# EIVSDEM IO.

BAPTIS. AGNESII SACERDOTIS ET THEO  
sophi Valentini, Trimeter Iambicus archil. ad amantiis. suum Alphonsum Ordonium, Græcarum Latinarumq; Musarum cultorem, Valentino gymnasio Rhetoricen stipendio publico profitentem, super sequentem elegiam apologeticam, in germanam Valentinum factionem. Anno salutis. 1521.



N verus æuo amicus isto sit peto?  
Terrarum an vsquam Alphonse certa sit fides?  
An orbe toto hanc scitor ægerit manus  
Germana ne extorrem rapax & exulem?  
Infausta dira ò sæcula improba,

Quæ perfida ægerint fideleis perfidos,  
Meo cequis Alphonso ipso amicorum olim amantior?  
Quo nemo gazis pympleis vt ditior,  
Virtutum ita & gemmis nec ipso comptior,  
Tuus quo abiuit ardor ille flammeus?  
Ter plena phœbo fulsit ecce Delia,  
Quo me relicto hinc durus abcesti fugax.  
Cimbros colam ne vel Scythas curæ est nihil.  
Amica quonam verba? sunt inania  
Suo carent quæ verba fido pondere.  
Ἀεὶ τὰς φιλοῦντας πίστιν ὄν λόγῳ ἔχῃ, ἢ  
At eius haud virtus tua est modi quidem  
Sunt nève mores candidi atque floridi.  
Queis inter illustres es ipse illustrior.  
Morbo labores lætheo qui pessimo

Oportet eos  
qui amant si  
dem nō ver  
ba habere.

## A P O L O G I A,

Ingratitudinis nihil qua est vilius  
 At te altior totum tenet dum Castalis,  
 Dumq̄ altiora præpes ales vt Iouis  
 Lustras volucris pegasi euectus pede,  
 Inferna curæ non tibi ista sint vacat.  
 Ast altius procul licet sic euoles.  
 Vt alter Hermes sis Iouis ter maximus.  
 Altos parum adclinabis armos at mihi,  
 Fidum esse amicum dum tibi rescueris,  
 Quod in Sagunthum musa Nublarum oppido  
 Segobrio Alphonso, ac patri Enrico inclyto  
 Proregis in laudem simulq̄ in omnium,  
 Præconium ædedit virorum illustrium,  
 Vt manu amica comptus hirsutum comas,  
 Tum vernulis ornes tuis & flosculis.

Nublis. 4. Calen. Decembris.

1521.

## FRANCISCVS

A SCINTILLIS OLIVAE COMES, SVO OB-  
 SERVANDO IOANNI BAPTISTAE AGNESIO  
 sacerdoti ac theologo Valentino.



Acras diuitias io quid abdis?  
 Terræ subfodis & tuas sub vmbriis  
 Musas? inuidus heu tibi labores  
 Et tantos pateris perire dignos?  
 Num frustra ingenium dedit Minerua?  
 Num frustra Aonidum chorus beatus  
 Adspirat tibi Cynthius fauetq̄?  
 Crudus quòd tibi si inuidere mauis.  
 Cur magno inuideas meo Segobris  
 Alphonso? ille suo iugo subegit

Germa

Germanam qui animis potens Erynnem?  
 Frustra ergo tua Pieris superbos  
 Illius cecinit modis triumphos?  
 Tandem hos prode age iam, mihi ve saltem  
 Bis denos age mitte post Decembreis.  
 Si parere mihi negas roganti  
 Duro te ingenio inuidum notabo,  
 In lucem nisi prodeant. legantur.

Oliuæ. 15. Calend. Martii.

1 5 4 2.

# ILLVSTRI DO

MINO FRANCISCO A SCINTILLIS OLI-  
 uæ comiti, Ioannes Baptista Agnesius sacerdos.



Emo sic rogat, vt rogans minetur,  
 Quum possis famulo imperare verbo.  
 Ecquid quæso humilem rogas clientem?  
 Ergo præcipis, & rogans minaris?  
 Audax præcipe, nec roga, clienteis

In fidos opus est nihil minarum.

Quòd si hæc mittere, quæ expetis negarim,

Fidi haud deliquium putes amoris:

Si parere ego peruicax negaui,

Non cæca inuidiæ nota perustus

Fæci. non animò ve contumaci,

Certè sed timido, atq; friuola quis

Non sulcare timet scapha profundum?

Et tanti mea non ego ipse faxim

Ventis carbasa mitterem sinistris.

Parua hinc deserere est nec ausa littus

Musæ cymba meæ, salo ne in alto

Tantæ pondere sarcinæ sub ipso

Altis naufraga fluctibus periret.

B 5 Nunc

## APOLOGIA,

Nunc demum imperio tuo coactus  
 Mittam qualia tunc fuere prælo  
 Primo emersa tibi. tamen precabor  
 Quando hæc carmina videris poëtae  
 Hyrsuta illepidi impolita. comptus  
 Nostri temporis alter ipse Picus.  
 Pugnax Aeacides qui ades secundus.  
 Non exacta putes velim. suumque  
 Optatum simul attigisse limen  
 Quando extramam operi huic abesse limam  
 Olim perfida Setabis negarit.

Valentiæ. 6. calen. Martii.

1 5 4 2.

# AD EXCELSVM

CAESAREVMQVE INFANTEM, AC DOMI-  
NVM, DOMI. ENRICVM ARAGONEVM VALENTINI  
regni, & ciuitatis Patrem & seruatorem, Ioannis Baptistæ Agnesii  
sacerdotis ac theosophi Valentinatis Elegia apologetica, In laudem  
defensionemq; omnium magnatum equitumq;, ac bonorū ci-  
uium Valentinatum : Sed maximè in laudem excellen-  
tissimi germanæ factiōis triūphatoris Alphonsi  
Aragonii Segobriæ ducis. cōtra eiusdem  
germanæ factionis tyrannidem, ab  
eo edomitam. Anno domini

1521.



Inclita florigeris redimita Valentia fertis.

Florida frugifero diues amœna solo.

Deliciis. opibus. populis faustissima quondam,

Infausta at cunctis nunc viduata bonis.

Quæis ego te lachrymis? quali te carmine plangam?

Cui similem referam? cui faciãme parem?

Qualis eras vrbeis inter celeberrima cunctas

Axe sub hesperio vt par tibi nulla foret.

Non te Taprobane florenti cespite præstat,

Te Panchæa sua est fertilitate minor.

Illustri domino Francisco à Scintillis Oliuæ comiti.

Quoniam singulis, vbi opus fuerit, vt breuia interseram scho-  
lia, iubes Comes illustris: vt nō tibi cui difficiliora sunt per-  
uia: sed Petro filiolo tuo in futurum hoc opus fortè lecturo  
facilia occurrāt singula, Iussū libenter obibo: licet oblitterata mēti in-  
staurare nō erit mihi non difficile. Quare prænotandū prius, opus  
in treis parteis distingui. Prima Valentiaē vrbeis & regni situs anti-  
quamq; fœlicitatē describit. Secunda pro equitibus bonisq; ciuibus  
cōtra insaniam germanæ factionis agit. Tertia tandē inclytam inui-  
ctissimi Alphonsi tui Segobriæ ducis attollit victoriã, quam de ger-  
manis, id est, germanæ factionis cuneis habuit apud Sagunthū. Ad-  
uertere tamē velim Lectores beneuolos me nō damnare Valentiam  
natiuitatis meæ vrbe, quoniã eam sæpe hoc opere insanã atq; perfidã  
adpellauerim. Sed semper eo nomine prauos eius atq; insolēteis in-  
telligo inquilinos, id est, germanæ factionis authores atque actores,  
maxima ex parte ex perditissimorum exterorūque, ac bonorum

In Valenti-  
nates persi-  
dos agitur.  
non in fides  
optimosque  
Valētinates  
suorum

## APOLOGIA,

Germana factio. Quæ ideo germana ea appellatur factio, quoniã sese vulgò germanos inuicem adpellitabant. Quæ quidem lues etsi penè totum infecerit regnum & ciuitatē: pars tamen non exigua ciuium fide incontaminata permansit Cæsari nostro semper fidissima. Quos, reliquis perpetuæ vituperationi datis, in perpetuū sua fides tuetur: tueturq; ab prioribus nostræ ciuitatis & regni semel acquisitū nomen fidelitatis: cuius est insigne nobis corona, vt suo loco dicetur. Quare non improbe Valentiam inclytam non modo eo munere: sed & situ atq; feracitate dixerim, quod primo inuitur disticho. Vnde & vernulitate irriguaq; amœnitate & aëris ac cœli temperie nō inferiorem dicit Taprobane. Est autē Taprobane vt Plyn. lib. 6. ca. 22. placet, insula in oceano indico cœli clem̄tia ac perpetua vernulitate percelebris, ostiis opposita Gangis sub linea æquinoctiali. Nostra tempestate Sumatra vulgò dicitur: cuius incolæ sunt antropophagi, de qua multa cognitu iucunda refert Lodouicus Vartomanus Romanus patricius, in sua Geographia, lib. 6. cap. 17. & 18. Panchæa, quæ & Panchaia regiūcula in Sabæa, hoc est, in Arabia fœlice, turis maximè feracissima. De qua Vergi. 2. Georg. Totaq; turiferis Panchaia pinguis arenis. Hic tamen pro tota ponitur Sabæa De cuius situ & fœlicitate cognitu periocunda retulit Strabo lib. 16. quanquam nostra ista tempestate eorum nulla manent vestigia, nec quidem nominum, vt patet apud Lodouicum Vartomanum, qui nostris annis vniuersam perambulauit.

Fertilis Assyriis, Syriisq; feracior aruis

Par tempe AEmonia verna & vbiq; ferax.

Campestri es formosa situ, pulchroq; recessu.

Montibus ambita est dextera, læua salo.

Fontes non defunt, latis nec flumina campis,

Turia te niti dis irrigat annuis aquis.

Siluis pomiferis, riguis nemorosa viretis

Flores, fructificas, perpetuoq; vires.

Ver tibi perpetuum est, cœli inclementia sæuit

Nulla tibi, aut æstas: durave sæuit hyems.

Non Zephyri torrent, Boreas non horrifer vrget,

Non pluuius rapidis Auster inundat aquis.

Opposita eois impune haud diceris hortis.

Æther adridet, sidera læta fauent.

Assyria.

Chaldæa.

**FERTILIS** Assy. Assyria alio noīe est dicta Chaldæa, Euphrate flumine feracissima. In qua olim magna Babylon & Semiramidis regnū: habēs ad ortus Mediā, Persidem, ac inde Parthiā. Ad occiduū

Meso



Mesopotamiam, Syriam & desertam Arabiam. Ad aquilonem Hyrcaniam & mare Caspiū. Ad meridiem verò Arabiam madianiticam, vbi mecha Machometis patria. Et Sabæa, Vnde Sabæi reges CHRISTVM adorare Solymarū urbem venerunt. Syria, Regio est minoris Asiæ, in qua Anthiochia, Seleucia & Edeffa. Ab oriente fluuius terminatur Euphrate. Ab occidente Cyprio mari. Ad meridiem Phœniciam habet & Palestinam. Ad arcton vero vtrāque Armeniam & Cappadociam. In qua vrbs Damascus ad radicem Lybani: de cuius temperie ac verna feracitate post scriptores antiquos multa scitu digna refert Lodo. Vartomanus lib. primo, cap. 5. 6. 7. Tempe AEmoniæ, Thessaliæ nemus est inter Pindum & Ossiā situm, in longitudinem quinque milliū passuum porrectum: medium cuius interlabitur placidus Peneus fluuius, e Pindi radicibus defluens: cuius Vergilius meminit. 4. Georgi. Pelignus primo Meth. atq; Plynus lib. 4. cap. 8. Turia, Fluuius est Valentiaē vrbs latus perluens, Plynio teste, lib. natu. hysto. 3. cap. 3. In sicronensem Iberi sinū exonerans: vt etiā Bocatius meminit, lib. de flumi. Zephyri torr. Est Zephyrus ventus occidentalis, de quo Naso primo Meth. Vesper & occiduo quæ litora sole tepescunt Proxima sunt Zephyro. Et idem pri. de Tristibus. Nunc Zephyrus sero vesperc missus adest. Boreas, Ventus est Septentrionalis, eodem Nasone teste lib. primo de Tristi. Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab arcto. Et pri. Meth. Septemq; triones Horifer inuasit Boreas. Auster, Ventus est meridionalis aquosus, vt idē Ouid. ibidem. Contraria tellus, scilicet Boreæ. Nubibus assiduis pluuiosq; madescit ab Austro. Opposita eois hortis, id est, paradiso terrestri. Hoc autem dictum est ex sententia magistri Francisci Ximenis, libello de regimine reipub. quem patribus nostræ huius vrbs dicauit. Eois hortis, id est, orientalibus.  $\text{ἰὼς ὀρίων}$  aurora vel oriens. Inde à Latinis dicitur eous. oa. coum, pro re orientali. vt, Eoas acies & Memnonis arma sequutus.

Mecha.  
Sabæa.  
Syria.

Damascus.

Tempe.  
Thessalia.

Turia flu.

Zephyrus.

Boreas.

Auster.

Valentia op-  
posita para-  
diso terre-  
stri.

Cætera quis recinat? quis propugnacula? quisve

Troia Phœbea pergama structa manu?

Regia magnatum numerare palatia longum est,

Aurea quis referat domata? quisve domos?

Alta Semiramidis tibi num palatia desunt?

Atria Dardanii sunt tibi plura senis.

Delubra quis memoret, saxo constructa vetusto?

Templorum ornatus? quis sacra dona ferat?

Quo diuūm cultus maior? quo phana parantur

Ditius? & Mariæ maior habetur honos?

Adde quod incultum totam nil triste per urbem,

Macc-

## APOLOGIA,

Maceries nusquam, nulla ruina tibi.

Certè vna Hesperias ante omneis Iuppiter vrbes

Cunçtis quàm donis nobilitarat, eras.

Ingeniis prædotauit fabrilibus vnam.

Ditauit musis palladiisq; viris.

Omneis ante vrbes cœtu illustrauit equestri,

Nobilium numerus non tibi certus erat.

Compita nec capiunt magnatum lata cateruas.

Nec populus totis excipiturq; viis.

Pergama.

Doma.

Semiramî.

ædes & hor  
ti pensiles.

Dardanus.

Dardania,  
Dardanii.

Maceries.

Maceria.

Compita.

TROI A pergama. Valētiæ mœnia Troiæ similia dicit, quæ vt poëta ferunt ab Apolline constructa fuerunt. Domata, Doma tectū domus est, Græcum est τὸ δῶμα. ατθ. Domus græcè, \* δῶμα. αψς. & ὁ δῶμαθ. α. Alta Semiramidis palatia multorum celebrata sunt scriptis, maxime Strabonis lib. 16. Ipsa Semiramis inter duces illustres habitata est celeberrima: de qua facinora memoratu dignissima retulere Herodotus halicar. & Iustinus, Quam fuisse Abrahæ contemporanea diuus Hieronymus asserit libro χρονικου. Atria Dardanii, id est, Priami regis Troiæ. Dardanus em̄ filius fuit Iouis & Electræ auctore Verg. 8. AENEID. qui Troiæ rex primus fuit, vt idem Vergil. 7. Aenei. A quo Troia dicta fuit Dardania, & Troës Dardanii. Adde quòd incultū. Postquàm Valentiã laudauit à situ, soli feracitate, à cœli clementia: laudauit ab ædificiis & religione, eandem laudat à politia, ab ingenii, ab inquilinis, equitibus, magnatibus, à frequentia populi à cultu, à diuitiis, delitiis, pace atq; ab alta gete. Maceries, Tametsi Nonio referente Afrani authoritate accipiatur pro maceratione. Maceries est etiam paries rudis, lapidibus & luto extructus, quales in pagis sunt casarum pauperum rusticorum. Vnde Sisen. hystoriæ lib. 3. Post villarum, inquit, maceries ac parietes suas quinque cohortes in infidiis reliqt. Vnde diuus interpretū princeps Hieronymus, in Psal. vertit. Non est ruina, neq; maceries. Atq; idē in Cantico Salo. in primo declinatu protulit interpretatus. Veni in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Compita, Plateæ dicuntur. Est locus vbi plures viæ competunt, vt author est Varro lib. 2. de lingua Lat.

Est adeò celebris totum tua fama per orbem,

Dulce adeò & cunçtis nomen vbiq; sonat.

Te petat externus patriis attractus ab oris,

Extremo & cupiat natus in orbe getes.

Aër vt volucres. vt tellus excipit imbres,

Et recipit toto flumina ab orbe Tethys.

Sic veluti genitrix extorres excipis omneis.

Mater

Materno vt natos pascis amica sinu.

Nec tanto in populo vulgi, turbaq; frequenti

Vix rudibus tectus vestibus vnus erat.

Vsq; adeo nitido florebas inclyta cultu,

Atq; opibus fueras omnibus vna potens.

Lydia Sardis inops fuerit, turpe Ilion, atq;

Regis mendicent aurea regna Phrygis.

Vilia Martigenæ fuerant tibi scepra Quirini,

Prima huius quanquam filia nomen habes.

EXTREMO & cu. n. in or. getes. Getæ populi sunt Thraciæ au-  
thore Ply. li. 4. quorū Naso meminit lib. 5. Trist. & li. 2. de pōto epist.  
18. Nulla Getis toto gens est truculētior orbe. Seruius tamen sup. 8.  
Aenei. eos Mysios esse dicit superatos à Lucio Lucullo. Appianus au-  
tem Græcus hystoricus Getas esse quos Dacos vocāt asseruit. Alii ve-  
ro Gothos esse affirmāt. Tethys, Oceani cōiunx, pro oceano ma-  
ri accipitur. Syllabā primā habet indifferentē. Fuit autē Tethys Tita-  
ni filia, Ouid. Fasto. 5. Duxerat Oceanus quondā Titanida Tethyn.  
Scribitur cū. t. exili, & cū. th. & ypsilo. Thetis vero cū prima aspirata  
pro filia Chironis vxore Pelei regis Thessaliæ, & matre Achillis, Fa-  
cit in genituo Thetidos, & habet rā primam q̄ secūdā breuē. Lydia  
Sardis. hæc Lydiæ. Fuit olim metropolis, in qua Herodoto authore  
regū oīm ditissimus regnavit Cræsus. Lydia vero regio est minoris  
Asiæ, vt author est Ply. li. 5. natu. hy. à Lydio Artis filio dicta. Meonia  
prius nā dicebatur. habet duo celeberrima flumina sinuosum Menan-  
drū, & aureū Pactolū. Ilion. Priami fuit regia, de qua Ply. l. 5. Regis  
mēd. au. r. Phrygis, id est, Midæ. Fuit autē Midas rex Phrygū Gorgiæ  
bubulci filius, q̄ cūctos penē reges opibus antecelluit. Cui dono Bac-  
chus cōcessisse dicitur, vt qcqd tāgeret aurū fieret. de quo Ouid. He-  
rodo. & Iustin. plura scripsere. Vilia marti. Quiri. Valentiā vbi Ly-  
diæ atq; Phrygiæ opulentiorē regnis dixit: cultiorē statim eā dicit sce-  
ptris Martigenæ Quirini. i. Romuli Martis filii. Romul⁹ itaq; dictus  
fuit Quirinus ab hasta qua vtebatur, q̄ Sabinorū lingua quiris dice-  
batur, vel vt aliis placet ex generis nobilitate à Marte, cuius filius cre-  
ditus fuit, qui Gradius quū scuit dictus, Quirinus vero quādo tran-  
quillus. Vnde populus Romanus Marti duo tēpla erexit, vnū intra vr-  
bem dictū Quirini, quasi trāquilli & vrbis custodis. Alterū vero ex-  
tra urbē via Appia prope portā, vt Blōdus refert, dictū Gradius, id est  
bellatoris. Dictus est autē Mars Gradius q̄ ad pugnā itur gradatim

Getæ.

Tethys.

Thetis.

Sardis.

Lydia.

Menander  
fluuius.Pactolus flu-  
Midas.Quirinus  
Romulus.Gradius.  
Mars.

Quirinus.

Gradius.  
Valentia  
Roma.

Induc

## APOLOGIA,

Induerat te ostro, te auro, nitidisq; lapillis  
 Ornarat manibus Iuppiter ipse suis.  
 Nec deerant niueo baccata monilia collo,  
 Aurea tum rutilis, nec redimicla comis.  
 Formosos gemina suspenderat aure cylindros,  
 Presserat & digitos lucida gemma tuos.  
 Armillas manibus. niueis sandalia plantis.  
 Et dederat capiti rex diadema tuo.  
 Non odium noras. diri non classica Martis.  
 Cognita nec fuerant horrida bella tibi.  
 Pacis diuitiis fœlix, opulenta beatis:  
 Deliciarum orbi tu paradifus eras.  
 Sponso ornata tuo, vultu formosa decoro.  
 Deliciis fueras inelyta facta tuis.

INDUERAT te ostro, id est præciosa purpura, καὶ ἅμα προσοπισ-  
 Valētia scor πείαμ Valentiam urbem vario attollit ornatu. Licet itaq; Valentia  
 pioni subdi fit signo subdita Scorpionis, cui Mars dominatur: vnde & Valentina  
 ra. tes natura sunt faciles ad arma. Peculiari tamen nō Veneris: sed Dei  
 Valentia in influxu ad omnia sunt benevolentia atq; charitatis officia habiliores,  
 omnia pietatis officia maximè erga omnes pauperes & aduenticios exteros: vt (quemad-  
 profua er- gina exteros. cinnè Deū purpura induisse Valentia, id est, eximia charitate. Redi-  
 Redimiculū micula muliebria sunt capitis ornamenta. Eo tu lector ornamento theo-  
 sophos omnes huius urbis intellige: quorū numero eximiaq; omniū  
 Monile. fulget illustrior. Baccata monilia, id est, gemmata colli & pectoris  
 ornamenta accipere iure potes magnatum equitumq; procerū, atq;  
 bonorum omnium ciuiū numerosum ordinem, quorū quisq; suo or-  
 Cylindri. dine multiplici varioq; decoro urbem reddit insigniorem. Cylin-  
 dros, id est, elencos, hoc est in aures: accipies viros vtriusq; iuris insi-  
 gnes: Nec explodas hinc medicos, qd doctrina atq; oculatissima pru-  
 dentia non paruo numero maximo sunt nostræ reipub. ornamento.  
 In anulo, Ciuium antiquæ fidei integritatem intellige. In armillis ve-  
 ro virtutem intellige militarem. Iuxta illud quod Festus ait: quod ar-  
 millas ex auro viri militares ab imperatoribus ob insignia facta do-  
 nati gestare solebant. Dictæ autem armillæ ab armis, quod armos an-  
 tiqui humeros & brachia vocabant. Vnde & dicta sunt arma. San-  
 dalia, Omnes intellige fabriles artifices, qui hac nostra in vrbe ha-  
 bentur nominatissimi in omni arte fabrilī. Qui licet reliquis totius  
 reipub.

reipub. partibus videantur ignobiliores: vniuersum tamē corpus dorso velut Athlas, vt aiunt, cœlum sustentant. Est autem Sandalium genus calceorum caligarūve altiorum, vt Teren. in Heau. Vtinam tibi comitigari videam sandalio caput. Et dede. capi. rex diadema tuo. Hoc insigne præcipuum ante reliquas omnes Hispaniæ vrbes priuilegio accepit regio vrbs nostra Valentia, tanquā regi suo semper fidissima vt sola coronata sit. Corona vtiq; aurea eius insigne est. Quod ob seruatam fidem, propugnataq; viriliter hanc à suis ciuibus urbem contra Petrū Castellę regem cognomento crudelem, ab Aragonū rege Petro huius nominis quarto accepit. anno domini 1371. vt Marianus author est. Vnde reges ad hanc urbē scribētes, manu propria Valentia nomen coronare solent, vti diuturnis exemplis omnibus conspicuum est. Non odium noras, Omnia bona quæ in pace habuerat recenset: vt vnde deciderit respub. nostra omnibus pateat. Classica, Instrumenta sunt bellica, vt sunt tubæ, tympana: & id genus reliqua. Dicitur classicum à classe teste Varrone.

Sandalium.

Valentię insigne corona.

Iste Petrus cognomento Ceremoniosus dictus fuit.

Classicum.

SECUNDA PARS PRO EQVITIBVS BONISQVE CIVIBVS IN PESSIMOS germanæ factionis tyrannos.



**I**Nclyta quom subito es facta ergo Valentia vilis?

Quom regina potens subdita facta iugo?

E superis miseram quis præcipitavit in orcum?

E domina infœlix, quomodo facta cliens?

Scilicet Augusto pulso quia cœca marito

Mœchata es feruis putida mœcha tuis.

Coniugis hinc fidos hostes tibi reddis amicos,

Extorres mœchis pellis, & vrbe fugas.

Nec tantum Eumenidum rabidis agitata chelydris

Es contenta procax hocce patrasse nefas.

Coniugis Atridæ similis, Candaulis vt vxor.

Vt furta AEgypthis liberiora dares.

Proregem, atque equites armis occare procorum

Molita es damno sanguinolenta tuo.

**I**Nclyta. Secunda parte pro militibus contra germanam factionem agit, sub Valentia nomine, quo tantū mali intelliguntur, bonorū semper salua fide. Ergo vbi nostræ respub. bonorū pacis

C memi

## APOLOGIA,

Clitēneſtra.  
 Arrides.  
 Aegyſthus.  
 Candaules.

Eumenides  
 tres.  
 Teſiphone.  
 Alecto.  
 Megæra.

meminit, conſequenter in quæ deciderit mala recenſet. Ac ſtatim cauſam oſtendit quia cæca pulſo in Prorege Auguſto mœchata ſit cum ſuis adulteris factioſis. Inde concinnè cõparatur adulteræ Clitemneſtræ Arridæ, id eſt, Agamennonis: quæ vt ſe liberius AËgyſtho adultero commiſceret, veneno regem maritum ſuum ſuſtulit. Similique ſcelere germana factio adulteræ comparatur vxori Candaulis quarti Lydorum regis. Qui, vt Herodotus author eſt, primo lib. & Iuſtinus epito. quoq; primo. vxorem ſuam formoſiſſimam Gigio familiari ſuo clam nudam oſtendit, cubitum euntem. Quæ quum ſe à Gigio viſam mariti iuſſu depræhendiſſet: irata Gigium compulit, vt & Candaulem regem maritum interimeret dormientem, & ſe cum regno acciperet in coniugem. Nec tantum Eumenidum. Quod germana tyrannis Eumenidum, id eſt, dirarū agitata chelydris, id eſt, colubris, non modo Regem in Prorege, vt dictum eſt, vrbe expulit: ſed & amicos ipſius Regis, id eſt, equites: velut hoſtiliſſimos vſq; ad internicionem perſequuta eſt. Eumenides autē dictæ ſunt furia infernales, per contrariam ſignificationem, quod nō mites ſint nec beneuolæ. A poëtis tres eſſe dicuntur, Teſiphone, Alecto, & Megæra, Heſiodo authore, Acherontis & Noctis filie, quarum crines colubri eſſe dicuntur. Earum nomina Orpheus in Argonautica vno eſt cõplexus verſiculo. *Ἠσιφονη τε καὶ ἄλκηιω καὶ ἔξ μεγαιρα.*

Ah quot primatum, numeri quot ſunt & equeſtris,

Es patria quorum lapſa leuata manu.

Nōne tua eſt toties equitum malè grata tuorum

Pauperies opibus. pane leuata fames?

Atq; fores cui non patuerunt ſemper Oliuæ?

Cui penus occluſum, menſa negata fuit?

Cui non Gandenſis dux Borgius officioſus?

Non dexter? cui non munificusq; fuit?

Ora quid hei retro rugata fronte retorques?

Surda equitum laudes dura quid aure fugis?

Si fatear plæroſq; malos, pars multa bonorum eſt,

Et ſcelus eſt ſontum pendere damna probos.

Paucorum noxa cunctam damnare cateruam

Eſt crimen. ſua fas eſt mala quiſq; luat.

Degeneres nocuere tibi. læſere procaces.

Horum quid culpæ commeruere boni?

SI FATEAR plæroſq;. Pro bonis agit equitibus, Vbi & cauſam aperit qua plæbs Valentina germanã condidit factionem. Con-  
 quere

querebantur enim sese male habitos ab equitibus, atq; in multis impune læsos, non modo priuatim: verum & publicitus, maxime in causis forensibus. Nam vt aiebāt si quis plebeius apud præsides cōtra quempiam equitū querebatur, vel ob debitam sibi repetendam mercedem, vel quidem ob acceptam iniuriam: nō modo non audiebatur, sed probris propulsabatur actus. Quum principes maxime, vrbiumq; præfectos deceat: si Plutarchi politicæ creditur, omnibus esse moribus lenes, æquos, modestos, exorabiles: vsqueadeoq; humanos, vt illorum quisq; vnus ē populo habeatur. Nam eodē Plutarcho authore in eadem Politica principibus, vrbiumq; rectoribus præcipua esse cura debet, ac studium: vt subditum sibi populum vbiq; omnibus æqui, ea scueri clementia in pace regāt: ne sua incuria vel inexorabili, quod pessimum est, acerbitate seditiones exuscitent, quas ante omnia præcauere debent. Igitur quum anno domini. 1519. ad tuendum regnum, & urbem ab omni inopino Sarracenorum insultu, Rex noster & Augustus Carolus diplomate publico, vrbi & populis totius regni concessisset, vt omnes ad pugnam habiles, sub certis decurionibus, centurionibusq; ac ducibus, in acies numerarentur & cuneos, gestareq; omnibus impune donasset omne genus armorum. Vel quod ea sit insolentis vulgi natura, vel certe natiuus nostris astrorū influxus, quibus vti subditis prædominatur Scorpius Martius, vt ante diximus, hoc certū est, quoniam ea regis licentia, infano vulgo ampliorem præbuit infanendi materiam. Nam quod cōcessum fuit ad regni bonū, in omniū extemplo prorupit exicium, non modo vt patuit nostrorum, Valentiniatum, verum etiam totius Hispaniæ. Nam vt rumor tunc publicus fuit, vltiores Hispani nostro exemplo suam struxerūt communitatem. Vnde quod optimum omnibus esse poterat bonum, cōmune & pessimum fuit omnibus & singulis malum.

NAM STATIM nostrates armis & potestate facti licentiores eodem anno. 1519. quum in vrbe sæuiret pestis, eaq; ratione equites omnes, parsque multa bonorum ciuium, ad pagos & oppida afugissent. Pueri magno, impetuosoq; facto tumultu: cui se perditissimorum pars magna immiscuit, vi fractis foribus sacræ maioris Aedis, quam vulgo Sedem appellant. Inde extractum quendam sodomitico scelere depræhensum (quod infandum flagitium, plusquam omne facinus, extræmo odio execrantur nostri Valentiniates) die dominico, quo non iure licebat, ignibus tradiderunt. Inde quum germani (sic enim sese homines eius factionis adpellabant, vt iam ante diximus) indies fierent insolentiores. Atque hinc etiam omnibus scelerosis, tam nostris indigenis, quam alienigenis certa magnarum prædaram spes diues oborta fuerat. In urbem exterorum numerosa multitudo flagitiosorum, ac prædonū confluxerat. Vnde optimi quique ciues oppressi potentia reproborum, & numero. Iam tunc non modo obstare: sed nec mutire quidem audebant. Nam fuligina-

Vnde initiū accepit germana tyrannis.

Valentiæ puerorū tumultus ab ecclesia maiori cataminū patricū extractū cōbufferunt. Abhorremus maxime Valentini pessimū sodomice flagitium.

## A P O L O G I A,

Catamitus  
alius ignibus  
traditus.

Didacus Mē  
docius pro-  
rex.

Ex plæbe  
duo creātur  
iurati, recla-  
mante prore-  
ge.

Populus su-  
pliciō dāna  
tum hominē  
vi Proregi  
eripuit.

Populus pro  
regis ædes  
inuadit.

Episcopus  
Segobrisen-  
sis tumultū  
fedat.

Prorex vrbe  
pulsus confu-  
git Setabim.  
Inde quoq;  
pulsus cōten-  
dit Dianiū.

Nō est dāda  
perfidis fides.

ros & perfidos eos palam adpellantes, impune eis ignes minabantur, & mortem. Corripuit etiam hinc tumultuans populus quendam aliū ex Honoratorum ordine eodem sodomice depræhensum probro. qui etiam ignibus absumptus periit. Quumq; quotidie cresceret germanorum audacia, & res publica vniuersa præceps prorueret in excidiū, & ab omnibus eius factiōnis mandata regis haberentur ludibrio, ad compescendam eorū insaniam, Valentiam Prorex venit à Cæsare nostro missus illustris dominus Didacus Mendocius, comes Meliti, frater illustrissimi domini Rhoderici marchionis Zeneti. Qui solenni à populo exceptus pompa mense Aprili, anni domini. 1520. quum pridie penthecostes ex more à tredecim viratu populoq; tumultuante inter sex. reipub. patres creatos, contra ius, antiquamq; consuetudinem ex plæbe duos, idem Prorex non adprobasset, magnam omnium sibi conflauit inimicitiam.

INDE factiosus populus quū pariter fureret & timeret, tredecim viratus timor cōcepit audaciam, audacia factiosis omnibus execrabile peperit perfidiae facinus. Nam Prorex nō multos post dies quum arreptum scelestissimum quendam homicidam publico damnasset suspendio, vt aiebant præter antiqua ciuitatis iura: quæ cuiq; mortis addicto supplicio, ad suam tuendam causam certum induciarū tempus concedunt. Hoc quidem rationis prætextu, factiosi quidam in effrenā lacepsiti insaniam, cōcitato nō paruo tumultu, damnatum hominem vi eripuerunt e via. Nec mora maiori facto tumultu, impetuosè ædes inuasere Proregis, eundemq; multis, infandisq; afficiētes probris, vbi tenebrosa nox ingruit, armis clamoribusq; expetebant ad mortem. Seminauerant enim in vulgus cōmentum hoc. Proregem scilicet in suis ædibus aduocatum Sorollam quendam lanæ textorem, vnū ex tredecim viratu audaculū & factiosum, gladio laqueove interemisse. Quo quidē verbo ea nocte vniuersa germanorū factio in eum vsque adeo fuit stimolata furorem, vt tota ciuitas in vltimam eorum venisset prædam, equitumq; in extræmum excidium: nisi tempestiuus occurrisset Reuerendiss. pater ac dominus, Dominus Gilibertus Martinus diui Hieronymi ordinis, Segobrigæ dignus antistes, qui accensis facibus manu eundem Sorollam per urbem circumferens, populoque ostentans, prudentissimus verbis lenibus furentem actutum omnem sedauit tumultum. At Prorex eadem nocte vrbe egressus Setabi se recepit. Atqui germani quoniam semel decreuerant hominem toto propellerere regno, Setabi nescio quo incitato tumultu. Inde discedens, veluti extors, Dianium oppidum confugit, vbi prudens errata germanorum dissimulans, eorum pœnitentiam annum integrum expectauit, id est à mense Maio, Anni. 1520. vsque in eundem Maium. 1521. Vbi pacis oratorem fratrem suum Marchionem, cum delectis vrbs recepit: non tamen pacis pactum admisit. Quoniam nunquam est danda perfidis fides.

Quid



Quid tibi commeruit prorex Mendocius ille  
 Galli quem trepidant, Aufoniiq; pauent?  
 Qui quum maiores meritis æquarit & armis,  
 Virtute exuperat, sed pietate magis.  
 Quid tibi deliquit dux ille Segobrius? ille  
 Gotthorum hesperiis regibus ortus auis?  
 Nonne ducum specimen? Regum augustissima proles?  
 Militiæ vertex? strennuitatis honos?  
 Et qualem poterant tanti generare parentes?  
 Altis huic meritis quantus vterq; parens.  
 Inclyta quis laudum Guiomara trophæa tuarum?  
 Quis genus? & morum carmine promet opes?  
 Lusitanorum genus alto à sanguine regum  
 Nonne ades? at meritis celsior vna tuis.  
 Nec tantum regale genus te attollit auitum,  
 Quo reges inter fulgida gemma nites.  
 Regia te quantum virtus effæcit honoram,  
 Qua fœlix diuis connumerare polis.  
 Regaleis inter fastus ita vixit, & altas  
 Inter delicias sese ita continuit.  
 Inter Vestales vt nulla austerior illa.  
 Nec factis fuerit sanctior vlla piis.  
 Cilicio tenerum fato nam functa beato  
 Inuenta est duro corpus amicta suum.  
 Quàm fœlix tali est natus, tantaq; parente,  
 Alta cui inferior nec genitrice pater.  
 Sed quid nota cano? toti notissimus orbi est  
 Nonne Alphonse tuus celsus vterq; parens?  
 Dignior hesperus te nemo Enrice coronis.  
 Ni Ferdinandus præripuisset, erat.  
 Ecquis io genere, & merito est te Augustior ipso?  
 Et te quis toto iustior orbe fuit?  
 Hunc non Fabricius vicit, non Nerua seuerus.  
 Diuus non sancta religione Numa.  
 Augustos animos, mores ita gessit heriles.

## A P O L O G I A,

Defuerit capiti sola corona suo.  
 Stirpe igitur tanta. tali è radice creatus  
 Alphonfus, quantus, qualis & esse potest?  
 Magnanimum Acacidem partu Guiomara beato  
 Non tibi Therfiten vrbs malè grata dedit.  
 Qui patrias ditaret opes, augetet honores,  
 Illustrem meritis redderet atq; suis.  
 Non qui sceleret vitiis, euerteret armis  
 Alphonfus, rapidus qui aut spoliaret, erat.  
 Impia quur igitur primo aduersaris amico?  
 Quando tibi est huius facta inimica manus?  
 Sic tibi Gandensis. tibi sic Seraphinus Oliuas.  
 Sicq; Corella tibi commeruere nihil.  
 Vnquam cui nocuus Cardonius Architalassus?  
 Quem Cherubinus atrox læserit, omnis abest.  
 Aspera cui lenis. clæmens. cui dura feroxq;  
 Cui Petre Maza fuit non tua blanda manus?  
 In duros dura est tantum tua claua rebelles.  
 Arreptam vt credant Herculis esse manu.  
 Testis adest Oriola tibi. vicinaq; Murgis  
 Germani sceleris quàm ferus vltor ades.  
 Prædones tua protriuuit nam claua rapaces,  
 Vnde suo pœnas crimine quisq; tulit.  
 Quis tibi durus erit, nisi sit Petre Maza scelestus?  
 Moxentum vrbs nixa est vertere nostra tuam.  
 Nixa est Proregem, Alphonsumq; Segobris, Oliuæ  
 Cum comite omne equitum perdere scæua genus.

QUID tibi cõmeruit Prorex. Ad maiorem germanæ factionis  
 criminũ exaggerationem equites omneis laudat, sed maximè prima-  
 tes, vt in quos factiosi insaniuerint deliquerintq;, posteris fiat conspi-  
 eum. Vnde omnibus anteponit illustrẽ dominũ Didacum Hurtatũ  
 Mendociũ ob dignitatem Proregiã, tanquam caput in quod insano-  
 rum prorupit furor, vt prenotatũ est. Vtiq; virum & genere, virtutẽq;  
 animis atq; consilio multa laude dignũ habitum in omnibus Aufoniæ  
 pugnis, sub magno Italię expugnatore Gonzalbo Ferrandes generali  
 catholici Fernandi Hyspaniarum regis duce atq; imperatore.

SECVN

SECUNDO vero loco, qui genere atq; multiplici merito primus omnium, omnibus iure preponitur: laudes recenset excellentissimi inuictissimiq; domini Alphonsi Segobriæ ducis. In cuius vtriusq; parētis laudes breui sub cōpendio se effundit, ordine nō tamen preposito. Licet prius augustissimæ sanctissimæq; dominæ Guiomaræ genitricis illius meritū recensuerit, quæ illa tempestate mortalem exuta vitam, cælo iam fœlix immortalem induerat. Vnde quū iure beatorū inferior præponendus sit mortalium superiori. Immortalis iam facta probè illo tēpore præposita fuit in ordine marito suo adhuc mortali, inter mortaleis degenti. Cuius tanta fuit vitæ austeritas, tanta ciborū parcimonia, tanta morū integritas, tanta in miseros pietas, tantū virtutum omniū studium, tāta, tamq; perdia atq; pernox in deos immortalis cura, vt in se nobis effinxerit vel Romanā Hieronymi Paulam, Vel certè Pannoniam Francisci Elisabetham, quod fœlix illius probauit exitus, quo satis cōiicitur, qualis tota eius vita fuerit. quum emissio ad dominū spiritu, corpus inuentum fuerit illius, accinctum super nudum lamina ferrea cræbris foraminibus exasperata, asperoque cilicio. Quibus ditata meritis adeò beata Guiomara sublimis inter sublimes extollitur, vt iam quod minus in ea laudandum est, est prælustre regum Lusitanorum genus, cuius ipsa præcipuum insigne fuit.

Laus excell.  
Alphon. Segob. ducis.

Qualis Guiomaræ vita & mores fuerit.

DIGNIOR Hesperius. Secundo loco idem excellentissimus Alphonsus laudatur ab excelso parente suo Enrico. qui quum catholici Ferdinandi Hispaniarum regis vnicus fuerit patruelis, tantis fuit virtutum omnium illustratus dotibus, iustitiæ maxime, ac pietatis in DEVM, tantisque regalium morum insignitus meritis, vt nihil quod ad regiam dignitatem respiciat ei nisi corona tantum defuerit, quam vtique habuisset vltioris Hispaniæ: nisi eam Catholicus eius patruelis Hispaniæ citerioris tunc princeps alio tramite acceperit.

Qualis meriti atq; morum regius Enricus infans.

STIRPE igitur tanta. Tertio tandem gradu laudatur idem Alphonsus à propriis meritis corporis & animi dotibus. Vnde in cōtemptum germanorū dicit, quod eum beato partu Guiomara nobis pepererit magnanimū AEacidem, id est, formosum, pugnacem, inuictissimūque Achillem, quem scilicet omnes post Cæsarem diligenter, colerent, pauentesq; obseruarēt, vt patriæ bonorum auctorem, non depilatozem, vt tutorem, non euersorem. Quem è contrario nō nobis Guiomara fœminarum probissima turpem ac deformem Therfiten dedit, quem odiis peruicaces insectarentur & armis. Fuit enim apud Homerum atque Papinium Achill. lib. Sicut inter Græcos nemo Achille formosior, animisq; ac virtute illustrior, ita Therfite nullus deformior, turpior atq; vilior. Quod iuuenalis tetigit satyra. 8. concludens his verbis. Malo pater tibi sit Therfites, dum modo tu sis AEacide similis, Vulcaniaq; arma capeffas. Quam te Therfite similem producat Achilles.

Alphōsus Segobriæ dux quis.

## A P O L O G I A ,

**I**MPIA quur igitur primo aduersaris amico? Primum patriæ & vrbis amicum adpellat Alphonsum, vel si mauis Caroli regis : quoniam ei cognatione post natos coniunctior.

Illustris. Ioã.  
Borgius dux  
Gandiæ.

Illustris olim  
dux domina  
Maria Man  
riques cogno  
mêto Gabrie  
la sancte cla  
ræ Gandiæ  
sacra vesta  
lis.

Elisabeth  
Frâncisca du  
cis Gandiæ  
soror diuæ  
Claræ abba  
tissa insigne  
sacrarū vesta  
lium marga  
ritum.

Seraphinus  
Scintillarū  
primas. Oli  
uæ secundus  
comes.

**S**IC tibi Gandensis dux illustris. Dominus Ioannes Borgiæ familiæ primas, post Alphonsum Segobriç ducem absq; omnium quidem iniuria secundus iure ponitur. Immerenter à germanis odio habitus, Qui nulli vnquam nocuus, oñibus vbiq; fuit semper comis. beneficus atq; munificus: nō modo decora spectandus corporis forma atq; dignitate: sed & ab omnibus floridis amandus moribus. Illustribusq; animi dotibus admirādus. Alioquin armis atq; animis iure strenuioribus cōparandus ducibus, vt cunctis fuit perspicuū, in oñibus totius germanæ factiōnis Setabinis pugnis: vbi strenuissimè pugnans telo in facie vulnus lætale accepit: seruatus vtiq; vitæ, vt nihil ambagerim, sanctissimæ eius parētis precibus atq; lachrymis, quibus velut altera beata Monica Augustinū, tempore multo diuturno dolore parturiens, è cæco iuuenilis incendii euocatū camino, **C H R I S T O** restituit, efficitq; religiosissimū, id est, sui similitimum. Quæ ex regia Manricorum præfulgens progenie, postquam formosissima nuptis integritatis. viduis honestatis, virtutum omnium redimita floribus, admirabile mundo reliquit exemplū. Tandem vbi sapientissima tam prudenter quàm irreprehensibiliter (quod rarissimū est) amplissimæ domus, ducatusq; potentatum diu administrauit, rexit atq; gubernauit: vt ab omnibus mundi repagulis **C H R I S T O** seruitura oñino se expediret, dissimulanter sacram monialiū diuæ Claræ Gandiæ domum semel (vt sæpe solebat) ingressa, suos omneis elusit. nam inde egredi noluit. Quippe oñia sic filio iam pubescēti gubernanda relinquens, pariter religionis habitū & professionem induit. Vbi intaminata vitæ integritate ita annos penè quinq; & viginti **C H R I S T O** seruiuit. Integerrima sanctam obseruantia regulam vsque ad literarum apices ita seruauit. Ita paupertate atq; humilitate sese humilioribus, vsq; ad vilia popinæ seruitia exæquauit. Ita abstinentia, pietate atq; obedientia, omnibusq; virtutū meritis vitam suam vbiq; ditauit, vt diuæ Claræ vitæ viam non modo in se effigiem instaurarit: sed monialibus omnibus viuum exemplum reliquerit. Viuam suarū virtutum atq; integritatis relinquens imaginem atq; heredem, in eodem cœnobio obseruandam dominā Elisabetham Franciscam filiam suam, eiusdem sanctæ congregationis monialem. Imò & monialium omniū preciosum monile. Quarū vtiq; id est, matris atq; sororis illustris dux ipse Ioãnes Borgius vbiq; sanctissimis precibus, geminis velut seraphicis diuini propiciatorii protectus alis, multa vt diximus variaq; sospes pericula vicit.

**S**ERAPHINVS Oliuas. Seraphinus familiæ Scintillarum primas, Oliuæ secundus comes, tertio ponitur loco comitatus tituli ratione, qui virtutum omniū dotibus, animis atq; sapientia, bonarumq; litera

literarum ornamentis atq; munifica liberalitate: si absq; omniū inuidia fieri posset, illustrioribus anteferendus vel certè æquandus. Qui ab vetustis Burgundiæ exortus ducibus illustriū illustre antiquumq; traducens genus Craonū, ab imperatore Carolo magno præliis Gotthalanis cognomentū accepit, ab arce castrōve Scintillarum, Eadem tamen quæ vetusti Craones Burgundiæ olim duces insignia retinēs, vt vetustissimo eiusdē Caroli magni patet diplomate, Cuius est summa in hæc verba, vt in regio Barchinonæ archiuo seruatur. Cuius & exemplum habetur archiuo Oliuæ. CAROLVS & cetera. Quū dictus nobilis Cotallus de Crao ex nobili & legitima masculorū consanguinitate carissimi nostri ducis Burgundiæ genitus sit, & propter eiusdem Cotalli & suorū fidelissima seruitia nobis & nostris impensa & quòd nunc maximè propter grauissima & insupportabilia pericula & onera, quæ nobiscum in obsidione & guerra terre Gotthorū sustinuit, de prædicta Baronia & honore castri de Cintillis. Ipsum Cotallum, & omnes successores suos dotamus, vt iam supra diximus. Hac tamen salua conditione, quòd de cætero dictus nobilis Cotallus de Crao cognomen gerat dictæ baroniæ de Cintillis, & eius successores & cetera. Actum. xxv. Febroarii. anno à natiui. domini. vcc. nonagesimo secundo.

Gotthalan-  
nia à Got-  
this Alanis-  
que, Catha-  
lonia olim  
dicta.

Cotallus de  
Crao primus  
cognomentū  
accipit à Scin-  
tillis.

NEC silentio hic dissimulare velim, quoniam iam olim Oliuæ comites castrum illud Scintillarum non possident: non ideo nō esse Oliuæ comitem Scintillarū primatem. Hoc enim iure probauit illustris dominus Frācisus Gilibertus primus Oliuæ comes, auus illustris huius Francisci Giliberti eiusdem Oliuæ comitis tertii. Quare vexillis, pauimentiq; ædium Valentia, oppidiq; Nublarum & Oliuæ vetustis aslarotis, tres filii ex vno pendētes globulos insigniuit: quos idiomate suo nostri Valentines Capdells adpellant. Hoc ingenio cōcinnè in-  
finuans caput se esse illorum, id est, Scintillarum. Quorum ex anti-  
qua stirpe licet pleriq; tam fortuna quàm armis vbiq; terrarum insi-  
gnes euaserint. Post primū Cotallum, vnus multi nominis fuit Italię,  
præclarissimus dominus Gilibertus à Scintillis. Cui Carolus huius  
nominis secundus, rex Hierusalem & Sicilia, Neapolis, Prouinciæ &  
Forcalquerii comes, & Rhobertus eius filius & hères. Frater diui no-  
stri Lodouici, olim episcopi Tolosani, Sacrum cuius cadauer & ca-  
put in nostra maiori sacra æde habemus. Ob diuturna multa & præ-  
clara facinora atq; insignia recepta obsequia castrū Ferulæ donauit  
Sicilię, vt antiquissimo eiusdem Caroli, & Rhoberti diplomate patet,  
actō Cathaniæ, anno dñi. M. trecentesimo, vltimo die mensis Augu-  
sti. Quod quidem diploma archiuo Oliuæ inueni, atq; perlegi.

Comes Oli-  
uæ Scintilla-  
rum primas.

Gilibertus a  
Scintillis Fe-  
rulæ castro  
donatur Si-  
ciliæ.

SED NE nimius in his plus quàm res exigit fiam. Silentio stirpis huius præteriens reliquos, præclara quorum facinora multis egerent Plutarchis. Vnus occurrit indignus omnino, qui non multis vbiq; celebraretur encomiis: siquidem eius innumera præsigniaq; terra ma-

## APOLOGIA,

Bernardus a  
Scintillis.

Idē Bernar-  
dus Ferdinā-  
dum primū  
adduxit, at  
que pugna  
Valentiā in-  
troduxit.

Bernardus a  
Scintillis Al-  
phonſi regis  
imperator  
generalis.

Idē Bernar-  
dus trireme  
ſua cathenā  
Maſſilie por-  
tus effregit.

riq; patrata facinora vel multis explicari ſatis libellis poſſent. Hic itaq; fuit magnanimus atq; inuictiſſimus vbiq; terrarū Bernardus à Scintillis, proauus huius noſtri Franciſci Giliberti tertii Oliuæ comitis. Qui ſi ſingulorum facta trutina æqua librentur, abſq; omni contro- uerſia Scintillarum omnium iure primas habebitur. Cuius inter præ- clara facinora quæ de ipſo feruntur, hoc præcipuè legitur, quòd anno dñi. M. cccc. viiii. à Martino rege Aragonum, cum Aragonenſiū Valentinorum atq; Cathalanorū copiis Giliberto comitatus fratre, Sardiniam miſſus, quæ ab ipſo Aragonio rege decuerat, ſub duce imperatorève Martino rege Siciliae. inter alios inſignes equites adeò ſtre- nuè vbiq; pugnavit, vt immortale de ſe poſteris om̄ibus exemplum reliquerit. Vnde breui temporis intercapedine, vniuerſa inſula in de- ditionē redacta regis Aragonū. In testimoniū ſuæ virtutis idem Bern- ardus in eadem inſula dominatū accepit Montacuti, Marguine, Ma- comerii, Anglonæ, Ocieriq; aliorumq; oppidorū dominatus eiufdem, quæ omnia ſimul numero ſunt nouem & triginta. A Ediū verò ſupra quatuor milliū, quorū in hunc vſq; diem dominatur Franciſcus Oli- uæ comes hereditario iure. Nec referam quomodo idem Bernardus Ferdinandum primū ad Aragonæa ſceptra capenda (vt poſt mortē vtriuſq; Martini ab electoribus fuerat definitum) ab vltiore Hyſpa- nia Sagunthum perduxit: cuiusq; Comestabilis designatus Valentiam introduxit, cruenta profligatis pugna inter Sagunthum & Puteolanū Valentinatibus cōtrariæ factionis, qua quidem pugna Gilibertū fra- trem telo tranſactum amiſit. Cuius corpus in Sagunthi maiori eccle- ſia conditum, ſcutū illius ostendit eccleſiæ muro adpenſum. Nec item referam quantum vbiq; animi, quantum vbiq; ostendit virtutis idem Bernardus magnanimi atq; inuictiſſimi regis Alphonſi quinti vbiq; ſigna ſequutus, Sardinia, Corcica, atque Neapoli. Vbi ab ipſo rege totius exercitus generalis imperator factus, quanta inuicta virtute patrauerit paucis enarrari nō poteſt. Hoc tamen vnū non ſubticen- dum, quum idem rex Alphonſus Neapoli ſoluens, atque claſſe Hy- ſpaniam repetens Maſſiliam expugnauit, Bernardum eundem fuiſſe qui magnanimus trireme ſua tota remorum vi acta in ferream ca- thenam quæ portum claudebat. adeò impetuoſus impegit, vt frægerit. Vnde in memoriam eius victoriæ (qua inde rex corpus integrum diui Lodouici Tolofani antiſtitis primogeniti Caroli ſecundi Nea- polcos & Siciliae regis Valentiam noſtram adduxit, maiorique no- ſtræ eccleſiæ donauit, vbi in hunc vſque diem magna veneratione ſeruatur) rex quatuor & viginti triremes paruulas appendi ante ſa- cellum diuæ virginis iuſſit. Et Bernardus idem partem cathenæ Maſſiliae portus, quam, vt diximus, trireme ſua effregerat, circum- appendit ſacro eidem ſacello. Reliquam verò partem in memoriam facti Nublarum oppidi ſui portis adpoſuit, vt in hunc vſque diem viſuntur.

HVIVS

HVIVS autem Bernardi filius dominus Franciscus Gilibertus q parēs fuit nostri olim Seraphini, vir statura procerus, forma egregia, comiq; humanitate spectabilis: nihil animis atq; virtute parente suo inferior. In omnibus eundem Alphōsum regem à primæua sua ætate sequutus, inter multa præclara facinora ab eo in regis patrata obsequium, maximè in omnibus Neapolitanæ expugnationis pugnis, in quibus vbiq; terra mariq; præsignis effulfit. Hoc vnū perpetuo dignum memoratu fuit. Nam quum ob parentis sui mortē coactus Valentiam petisset, eademq; temporis intercapedine à Ianuensibus rex Alphonſus nauali prælio superatus fuisset, vt à seuerissimo se absolueret voto, quod eo emiserat, q; eidem pugne cū suo rege nō interfuisset, duabus suis triremibus inimicā regis Venetā quinqueremem (Galeazam vulgò appellāt) animosus inuasit, vi cœpit, expugnauitq; sed non multa absq; suorū, inimicorūq; strage. Quē idem rex Alphōsus Neapoli in litorali mole tātis victorem excepit fauoribus, tātōq; omniū adplausū, vt statim & à voto expeditū declarauerit, & eius promissam ob votū barbam regia sua manu abscindens, ob ingētia præsigniaq; eiusdē facinorū merita, comitatus Oliuæ titulo decorauerit.

Franciscus Gilibertus Oliue comes primus.

NEC minoris honoris munere eundem Franciscum Gilibertum comitem honestauit Ioannes rex eiusdem Alphonſi frater & regnorū hæres. Quū ob eadem aliaq; præclara facinora, obsequiaq; ab illo recepta. Maximeq; ob id, quod idem Franciscus Gilibertus, multis stipatus equitibus, peditibusq; suis primus occurrit obsequio eidem regi Ioanni, Balagueria in vrbe à Gotthalanis obsessio, q; Carolū primogenitum ex prima coniuge Cantabriæ regina susceptū seruari sub custodia iusserat. Quare rex non modo illum generalem omniū copiarum suarum imperatorem præfecit: verum etiam eo donauit priuilegii munere, quod vulgò Francalodium dicitur, vt eo regio iure ea oppida villasq; quas apud Sartos habebat: ipse, vniuersiq; eius hæredes in perpetuum possiderent, quod regio firmatum diplomate patet, Excepto Balaguerii, per Franciscum Michaelē Carbonellium regium archiuarium scribam. Septembris die tertia. Anno domini. M. cccc. lxii.

Priuilegio Francolodii Fran. Gilib. Oliue comes donatur.

SERAPHINVS igitur huius filius, & non minus animi quàm virtutis hæres (vt iam quo diuertimus redeamus) certè si animis, si animi dotibus, non parente, nō auo inferior, doctus haud dubium literis, quin & munificentia vtroq; superior, vsque adeo quidē vt à vernula primæua sua ætate in senectā & seniū, habitus vbiq; semper sit ab om̄ibus Hyspaniæ populis magnatū omniū & sapientissimus & munificentissimus. Neq; em̄ à primatibus Hyspanis vulgò nisi comes literatus adpellabatur. Cuius prudentiæ, munificentiæ atq; magnanimitatis multa licet adhuc testimonia extent, hoc tamē vnū immortali laude dignū (nec à mortuo me quispiā adulanter putet gratiā aucupari) toto dominatus illius curriculo, eius ades omnibus inopibus tam plæbeis quàm

Seraphinus Oliue comes

Illustres ad  
imitationem  
laudantur.

quàm generosis cōmune semper xenodochium patuisse. Neminemq̄  
qui ad eum confugerit vnquam abiuisse immunem. Quod magna-  
tibus omnibus exemplo esse potest. Ea enim ratione illustres viri lau-  
dantur, vt eorum vel exemplo aut æmulatione illustris fieri quisq̄ stu-  
deat. Neq̄ subtrahendum quidem quantū idem Seraphinus toto tem-  
pore belli germanæ coniurationis vbiq̄ magnanimus atq̄ munificus  
fuerit. Qui om̄eis tam auratos quàm stipēdiarios equites, quàm etiā  
milites, quos pedites, & vulgò soldatos dicimus, ad se accedētes vbiq̄  
adfatis pauit. Quod & pari magnificentia magnanimus dominus  
Petrus Maza vbiq̄ perægit. Quid? q̄ in omnibus præliis tam apud  
Alziram, quàm apud Belutiū, quin & apud Setabim nullus inter equi-  
tes peditesq̄ vsquam Seraphino comite vigilantior fuit, nullus ad ar-  
ma promptior, nullusq̄ ad pugnam feruentior? Quum maximè ab  
incunte ætate semper fuerit valetudinarius, atque tunc maior sexage-  
nario? Adde quòd post fūsum Proregis exercitum, proditiōe Bethico-  
rum peditū apud Gandiam idem Seraphinus Proregem ne abiret re-  
uocauit, vt Peninsulam ad nauigarēt ægit: ac naui nimio remorati cau-  
mate, ne nonnulli fame sitiq̄ perirent prouidit, Exercitum Nublis in-  
staurauit, Alphonſiq̄ inuictissimi Segobriæ ducis cuneis victoribus  
iunxit, atq̄ sic omnē penè collapsam rempub. ne om̄ino periret erexit.

Frācisus Gi-  
libertus ter-  
tius Oliuæ  
comes.

Cherubinus  
a Scintillis  
vallis Aioræ  
dominus.

Illiberr. Gra-  
nara.

Pugna habi-  
ta in littore  
Oliuæ apud  
Pilas cōtra

C E R T E lugendus om̄ibus esset sine fine illius abscessus, nisi no-  
bis viuam sui animi reliquisset effigiem, suarumq̄ dotum atq̄ virtutū  
hæredem, Illustrem dominum Franciscum Gilibertū tertium Oliuæ co-  
mitem, ex egregio olim fratre Cherubino nepotem. Fuit itaque & ipse  
Cherubinus, qui vbiq̄ munificus virtutibus atq̄ magnanimitate cum  
Seraphino fratre suo semper contendit. Qui literarum peritia, qui co-  
mitate, qui religione, q̄ egregiis moribus, ingeniiq̄ natiua dexteritate  
(cuius huc vsque dicteria, argutæq̄ ac relatu iucundæ facetiæ magno  
omnium circumferuntur adplausu) aliisq̄ virtutum dotibus inter in-  
signes vbiq̄ habitus fuit præsignis. Nam liberalitatis atq̄ generosi ani-  
mi sui publicum dedit exemplū in toto bello Bacensi atq̄ Illiberritano  
impensis propriis nōnullis suis comitatus equitibus Catholicū sequu-  
tus Ferdinandum regē, vbi strenuè sæpius contra Sarracenos pugnas  
dextro lacerato semel lætale vulnus accepit. Huius igitur filius, præno-  
tatus dominus Franciscus Gilibertus tertius Oliuæ comes vtiq̄ non  
modo bonorum, verum & virtutū, & parentis, patruiq̄ atq̄ auorum  
successor & hæres. Quid si vel vnus omnibus euadat ditior, locuple-  
tior? Quod si non proceritate corporis, fortè animi magnitudine.  
Nam doctis musis, cultaq̄ viuacis ingenii perspicacitate nulli emergit  
dubium. Sed quantum natura sit pugnax animoq̄ inuictus, manife-  
stum dedit periculum nocturna pugna Pilarum.

Q V V M itaq̄ nocte intempesta Martius iuuenis ab marinis rescī-  
ret excubiis binas biremes Algerias in Pilarum litore nostrates exci-  
pere Agarenos Christi baptisate initiatos. Extemplo, vt est natura  
promptus



promptus & impiger, præcipiens vt se ocyus reliqui sui sequerentur equites, atq; peditum coacta phalanx. Quum vereretur ne longior mora liberio rem transfugis abeundi copiam daret, duodecim tantum comitatus equitibus, qui cum armis præptiores adcurrerant. mature festinans, ad locum peruenit, qui ab Oliua Gandiam versus penè ad duo milliaria distat. Quo vbi inter obscuram cæcæ noctis caliginem conspexit omneis festino conglobatos concursu, confuso turbatoque ordine non aliò intendere, quam vt biremes conscenderent, exciperentq; quarum maximè vna puppe arenæ infixæ inhærebat. Zelo Christianæ pietatis efferuens, moræ suorū impatiens, impetu inopino, citato calcaribus equo, diuumq; adclamans Iacobum, prior ipse, simulq; reliqui in mediam conglobati irruerunt turmam Turcarum atq; Sarracenorum. Quos inopino consternatos pauore, equis natantibus insequuti sunt fugientes vsq; ad transtra biremium. Adeo enim subitus nostrorum incursus eos deterruerat, vt horridus timor nulli se tuendi copiam faceret: sed tantum vt à periculo se eruerent, birememq; puppe arenis hærentem euulsam in altum remis impellerent. Vnde licet tormenta ignea quinq; sexve in nostros ab vtraq; bireme exonerauerint, in altum fulmina euolantia, nostrorum, G H R I S T O seruante, neminem cõtigere. Nostros ergo sospitibus omnibus, ex hostibus periisse ad nouem ac triginta, patuit, quum eorum cadauera postea mare euomerit. Inde captis nonnullis ex nostratibus Sarracenis, reliquis qui biremes ascendere nequiuerant, in fugam prolapsis, omnem illorum suppellectilem, ditemq; prædam in littore relictam, quæ iure victorū fuerat. Suis generosus Fræciscus integram seruari iussit illustri suo Gandiæ duci, quem à pueritia vt parentem semper obseruauit. Nobilique Guillelmo Raymundo Puiades, quorum fuerant fugitiui. Nec permittit hinc sui quid auolarèt. Fœlicia hæc Fræcisci præludia, præclaraq; futuræ eius virtutis argumeta (si fortunæ libuisset) quid mihi in futurum in ipso adulescente spoponderint, eodem tempore sequenti carmine Oliuæ cecini, quum inde discessurus essem. Carmen hic ponitur non vt enarrata repetam: sed vt fides, quam Seraphino Franciscoque meo habeo, vbiq; pateat.

Turcas & Agarenos à domino Fræcisco Gliberto tertio Oliuæ comite.

Dulcis Oliua vale. mea viscera viua valete,

Discedo. at tecum spiritus ecce manet.

Discedo. sed non totus, pars maxima tecum

Nanque manet. solo corpore, crede, abeo.

Pars non magna mihi est Seraphinus? quo mea viuit

Spes omnis. viuit spes tua, nostra salus?

Hic omnis tutela tibi, munimen, & ipsis

Turritis muris fortius vnus adest.

Ad Oliuam & Seraphinum olim Oliuæ comitem.

Huius

## APOLOGIA,

Huius Franciscus virtute, animisq; camœnis.

Effigies, hæres, natus, Oliua tibi est.

Bellaces Seraphine animos, viuasq; tuorum,

Scintillasq; tuas induit iste tuus.

Nec tam Scintilla est, Martis quàm fulmen. & huius

Quis non scintillas, fulmina vera ferat?

Littora Pilarum multo madefacta cruore

Stratos hoc Turcas fulmine nonne probant?

Scintillæ hoc Seraphine tuæ peperere coruscum

Fulgur. cui fulges, fulget & ille tibi.

Flammantem ni animos gestaret pectore pugnam

Ille tuos, esset totus & ipse tuus.

Turcarum ad puppes immerfus Martius vndis

Bis feno cinctus milite, vectus equo.

Non Saracenorum fudisset & ille phalanges,

Mersissetq; alto corpora multa salo.

Sicq; tua illius certè est victoria, virtus

Est tua, qua hostiles strauerit ille manus.

Vive igitur fœlix multos Seraphine per annos,

Militiæ vertex. nobilitatis honos.

Te virtus, te animi inuicti, tua frondis oliua

Perpetuo vernæ viuet honore comans.

Francisco inq; tuo per sæcula multa reuiues,

Facta immortalem te illius alta canent.

Ille tuo æterno semper sub nomine viuet.

Viues tu atque tua semper in effigie.

Fortuna vbi  
que nō omni  
bus cadem.

Fortuna Ca  
rolū Cartha  
gini extollit  
Algerio de-  
primit.

H A E C T V N C pro Francisci parta victoria Pilis. Verum quoniam fortuna non eadem omnibus vbique sereno vultu semper ardet. Et diuina prouidentia æterno sapientiæ suæ arbitrio cuncta disponens, diuerso cursu, in rebus humanis fieri multa permittit, modo lata, modoque tristia, quorum certa mortaleis omneis ratio latet. Anno domini. 1535. Carolo Augusto nostro apud Carthaginem extræmum periculum, in inopinam, sed gloriosam vertit victoriam. Eadem anno elapso, id est. 1541. certam inclytamq; victoriam eidem in extræmum mutauit naufragium, atq; periculum apud Algerium. Quod non dissimili modo, licet non pari negocio, prænotato

tato Francisco Oliuæ Comiti contigit, vt diuina eadem prouidentia, quæ Pilis illum erexit, in pugna vallis Alphandigæ depofuerit: non tamen absque multa laudis gloria. Cuius facti tot fuere testes Christiani atque Agareni, quot illi interfuere pugna, si pugna tamen appellanda est. Ex qua Christiani omnes euasere incolumes, vnum ipsum præter Franciscum Oliuæ nunc Comitem: alterumque Franciscum Borgium Thyanensis antistitis, & quinque sexve ex equestribus eiusdem Francisci Oliuæ Comitis. Vbi quantum ipse Franciscus Oliuas ostendit inuicti animi, quantum in Christianū honorem zeli (vt ipso inuito verum fateri liceat) palam omnibus adcō fuit conspicuum, vt nullo indigeret relatu: nisi ne tantę virtutis ac fidei ad æmulationem posteros lateret exemplo.

A N N O itaque natalis domini. 1532. die sancti Laurentii, Sucronensi litori adpulerat Barbæ ruffæ Algerii tyranni classis, biremium, triremiumq; septem & decem. Cuius Turcarum exercitus ad numerum sexcentorum (vt fama fuit) in terram defilierat. vt Sarracenos omneis incolas eiusdem vallis Alphandigæ, classi immisos, transferrent Algerium. Cuius rei nuncium vbi accepit illustris Gantiæ dux, propero ad Seraphinum Oliuæ comitem missō nuncio (nam cum tanquam parentem semper in omnibus obseruauit) cum suis equitibus, vt est ingenio atque pugnaei animo promptus, extemplo citato cursu transfugis vt exitum ad mare oppeditet, occurrit. Nec mora Franciscus Oliuas, vt est animi feruentissimi, atq; citissimi (siue hoc ipse natura effecerit, qua totius est impatientissimus moræ, vel certè efferuens flammantis amoris adfectus, quem semper in ipsum Gantiæ ducem, non secus quàm in alterum parentem habuit) festino cursu præcepit, vt se ocysimè subsequeretur peditum phalanx, cum nonnullis tormentis, quos vulgò sacros adpellant, quos necessarios omnino vir bellax præuidit. Quos haud dubium, quin, si vt iusserat aduexissent, tutam atque gloriosorem ex hostibus reportassent victoriam, quàm victorum nullus vnquam habuerit, quum à valle, quam prænotauimus, egredi ad mare Sarraceni nequuerint, nisi per angustam viam, saxi & luto stratam, longitudinis vnus penè milliarii, mediam secantem directo tractu paludem latissimam. Collectis ergo omnibus suis equitibus, toto pectore ad peroptatam iamiam inhians pugnam, festinus quàm maturè leuit, ad ducem adcurrit.

V E R V M quum Seraphinus Comes, relatu cuiusdam nuncii accepisset illustrem Ioannem Borgium Gantiæ Ducem secum nullos admisisse pedites: nulla secum fulminea adportasse tormenta, ne quid præter statutum ageret Ducis, nepotis impediuit iussa. Prohibuit itaque ne peditum quispiam adiret Franciscum: nullumq; illi adferrent æneum bombum. Quod quidem magnanimo iuueni præcipua ratio fuit, vt dedecoris militaris impatiens, in periculum suum irruerit. Nam quum auidissimus pugnae iuuenis; equidem Scintillarum omnium

Classis Barbæ ruffæ Sucroni adpulsit littori.

Frācisus ho  
nestiusduxit  
pugnās mori  
quam pedē  
referre.

Descriptio  
loci.

Consilium  
Gandix du  
cislaudabile

Francisci no  
ta sententiā  
animūq; chri  
stianissimū.

Infauſta cō  
mittitur pu  
gna.

omnium non fauilla, nec quidem scintilla: certè sed flamma, quin in-  
domabile fulmen: longè honestius duceret ante oppetere, quàm non  
modo tergiversari, sed nec digito vno pedem referre, Futurum præca  
uens, ne ipsis inuitis qui omnibus erant & peditibus & bōbis inermes,  
hostes abirent immunes. qui cum Sarracenis nostratibus millenarium  
implebant numerū. Alioqui struētissimis arcibus atq; arcabutis, or-  
dinatis duobus cuneis, mediam reliquorum transfugarū turbam an-  
te retroq; cingentibus, via strata paludis pergebant ad classem.

S T A B A N T ergo nostri eqtes penè septuaginta, vno coacti cu-  
neo, terquini in vnoquoq; ordine, ad austrum ante paludem ad arca-  
butii iactum ab exitu stratę vię, qua Sarraceni ab occiduo orientē ver-  
sus pergebant. Consilio interea fuerat sapientissimo duci, nec quidem  
improbando, ne inde mouerēt, quovsq; Sarraceni omnes viam egressi  
fuisſent: quoniam cenosa palus equos absq; periculo non admitteret.  
Quod quidem consilium certo argumento prospiciens hostium ante  
rior cuneus, vt estimabatur sexcentorum Turcarum. In ipso stratę fi-  
gentes exitu, græberrimam in nostros ignitarum emittebant glandiū  
atq; telorum grandinem. Quod quidem non tam periculum, quàm  
probrosū CHRISTI, atque Christiani nominis dedecus Franci-  
scus existimans: qui ad ducis læuum latus, equitum secundo stans or-  
dine, hostibus propior erat, vt in hostes irruerent anhelabat: nullibi ra-  
tus honestius vitā offerre morti, quàm vbi si vitā fieri nō posset, mor-  
te prohibendum erat: ne qui semel CHRISTVM susceperant, ipsis  
cominus adspectantibus abirent incolumēs, abnegato CHRISTO  
Machometo impurissimō sacrificaturi. Quare quum retro loco cede-  
re turpe, stare stultissimum faceret. Comuni tandem decreto defini-  
tum fuit (quoniam nec cedere, nec loco stare licebat) vt omnes vno im-  
petu, seruato vbiq; ordine, inde mouentes, ante Turcarū ora præteri-  
rent cursim, atq; inde cursu reflexo in hostes irrumperent. Optimum  
quidem visum consilium: siquidē omnes adimpleuisſent decretū. Nam  
diuum vnā adclamantes Iacobū, citatis calcaribus equis, omnes Tur-  
carum cuncum præterierūt, vnum præter magnanimum ducem, qui  
Franciscum Oliuatem suum in medios irrumpentem hostes, vsq; se-  
quens pugnacissimus nō deseruisſet: nisi, proh dolor, infœlici fato ab  
equo labante in ipso concursu delapsus, brachio casu eluxato, pugna  
inuitus deserere cōpulsus fuisset. Quem penè casu exanimem quum  
sui omnes inde sublatū efferrent. Solus Franciscus Oliuas in turmam  
sexcentorū Turcarum insiluit, vno ex suis tantum comitatus equite,  
cui cognomen Porras, qui à duce ipso iussus, omnium antesignanus  
pro vexillo manutergiū lancea deferebat no datum. Qui quum virili-  
ter in Turcas Franciscum sequens, pugnaret, equo è strata in paludem  
desiliente, lutoq; infixio, percussus decubens, Franciscum suum solū  
inter hostes reliquit. Quem quidem si reliqui omnes vnā sequuti fuisset,  
cui emergit dubium? quin hostes omneis deturbatos fuisſent?  
quum

quum adhuc nõ fuissent stratam egressi? Quorum deturbatis primis vt erant, nonne consequens fuerat, vt reliqui, pauore consternati, confugissent ad fugam? & facilem sese nostris in victoriam inde dedissent?

NEC quidem referam (ne nimirum illi officiosus videar) quo animo magnanimus ipse idem Franciscus lancea Turca adacto, à mortis periculo Michaelē Veciū patri sui secretariū eripuerit. Et quot hostiū equo putas protriuit? Lancea quoque percussos ad terram deiæcit? Superstites itaque adhuc sunt qui viderunt. Hinc utique auspicari iure licet, quod simul omnes fecissent, quando res cõtingit multo digna relatu, vt Turcarum multi à facie Francisci vnus pedem referrent, arma proiicerent, inque paludẽ è strata desilirẽt turmatim. Hinc quidem omnibus, proh dolor, dolendum satis, sup magnanimi Ducis casum, superque sinistrum indignumque Francisci fatum. Neutri nimirum ex deturbatis hostibus gloriola defutura erat victoria: siquidem inuida atque iniqua, vt enarrauimus, fors, & ipsum Ducem sinistro casu è pugna amouisset primū, Secundo ipsum Franciscum. Qui lapsa equo ignita per medium pectus glande accepta, quū ipse pariter sup sinistrum latus collaberetur, telo intra dextrum genu percussus, casu hastam fregit cuspide intra ossa manente. Qui vulneris dolore nimio, atque casu penè factus exanimis, sinistra nõ tamẽ equi habenas deseruit, quin extræmo vrgente periculo inuictum magnanimus exuscitans animū, quum se dolore lætalis vulneris erigere in pedes nequiret, ense vagina exempto, hostes in se redeuntes adspictebat impavidus genu sinistro innixus. Sed acerrimo inuictoque Christianæ fidei propugnatori in extremo vitæ piculo diuinū auxiliū minimè defuit. Quatuor itaque ex suis eqtibus adcurrerūt. quorū vnus cui nomẽ Ioānes Aguilo raptū equo restituit, eque strata eduxit. In quos Turcis in sequentibus, telaque iaculantibus, idem Franciscus in femore dextro extrorsum secundū excepit telū, quod ira efferuens, euulsum quū proiæcisset, nec aduertisset ne cuspis vulneri maneret imersa: causam chyrgis dedit, vt ad inueniendū ferrū, quod intus latere cõiiciebāt, variis incisionibus femoris vulnus dilatarẽt. Quas inuictò adeo aĩo constãter ptulit, vt nec gemitū quidẽ emisit. Hęc omnia candide Lector, seriosius fortẽ quã par erat cū veritate quantū scire potui, multorū certo relatu, quod interfuerūt atque viderūt disserui. Vt quantū qualemque suarũ virtutũ heredẽ illustris Seraphinus olim Oliuæ Comes nobis reliquerit, lateat neminẽ. Atque nebulones omnes, nec dixerim blatterones (quod è cõuiuuis inter phyalas, aleasve sedentes, loquaci lingua magna prælia vincunt, & quasi Hannibales omnes, Mithridatesque pugnacissimi vicerint, mordaculi insignia aliorum facta dilacerant) planè aliquando intelligant enarratū illustri Francisci Oliuæ Comitis facinus fuisse nõ audaculi, vt visum pauidis fuit, verū imperterriti, inuictique ac Christiani eqtis, & quidẽ eius, quod nõ modo magnanimi Cherubini verus filius fuerit, verū & Seraphini alūnus & nepos, virtutumque Scintillarigenū omniū vnicus hæres, & viua effigies, qui mori, sed nõ pauere, nec tergiuersari à suis vnquam didicerit.

D SICQUE

Lugendus licet honorus Francisci casus.

Constãtiam Francisci nota.

## APOLOGIA,

**Rhoder. Corell. Consentania comes** Sicque Corella tibi. Post longam euagationē, licet nō intempestiuam, vt tandē ad intermissam enarrationē redeamus, primus occurrit expectabilis Rhodericus Corellarū antiquæ præclaræq; familie nobilissima proles, tertius Cōsentanię Comes, q; Proregis vbiq; castra secutus, multis belli attritus laborib⁹, correptus febrib⁹, in eiusdē Proregis castris, & Regis obsego tandem vitā finiuit. Quod equē cōtigit

**Fernandus Torres Questor.** Fernando cognomēto Torres, Questori prouinciali Valentini regni clarissimo. VNQVAM cui no. Nō immeritō huic adponitur expectabilis dñs Alphonsus Cardonius Architalastus, id est, maris, vt vulgō dicitur, Almirās. Inter illustres virtute certē, animisq; primis cōparandus, vt pugna patuit Oriolana, in rebelles prædones germanos. In qua & Sanchius eius filius insignis inter insignes habitus, apertē factis probauit se antiquam veramq; Cardoniorum propaginem.

**Alphonsus Cardonius Almirans. Sanchius Almirantis filius Cherubinus Scintillas.** QVEM Cherubi. Hic Seraphini Oliuæ Comititis frater quātus fuerit meritis paulō ante notauimus. Qui quū genere, moribus atq; animis iure se primis æquarit, comis humanitate primates om̄eis longē superauit. Aspera cui le. In laudē hæc magnanimi inuictissimiq; dñi Petri à Maza dicūtur. Quo sicut nemo inter probos virtute maior, sic inter pugnaces nemo animis atq; armis illustrior. Neq; em̄ præclarum vetustissimæ nobilitatis eius genus referam, quo nobilioribus est æquandus nobilitate nō nūmis empta: sed suis, suorūq; præclarissimis facinoribus promeritis cōparata annorū multorū. Certē multo longius ante annum dñi. M. c. quintū, quo generosus atq; magnanimus Rhodericus à Lizana nobilitatis donatus titulis fuit à Sanchio Cantabrię atq; Aragonū Rege. Quoniā sibi in obsidiōe ciuitatis Hosce suppetias tulit, multis sui generis comitatus eqtib⁹ clauis armatis ferreis. Vnde & à claua, quā vulgō nri mazā adpellāt, Mazæ cognomē accepit. Verū, quoniā nullus iure laudandus est suorū meritis, sed qdē suis. Idē dñs Petrus à Maza, si vbiq; insignia eius merita æqua læce pensantur, secūdus post Alphōsum Segobrię ponēdus erat, quādo & post illū secūdo cōtra germanos victor euasit. Nam apud Moxentū suam ipse primū inferiori manu germanos è muris vi arcuit, eorūq; interfectis multis fudit, atq; fugauit. Secūdo, illustri Velicū Marchione adiuuāte, Spectabilisq; dño Alphonso Cardonio, Aragonico Valētinove Almirante, cū Sāchio eius filio, Nobiliq; dño Raimūdo Rocafollio, ac dño Albaterę aliisq; Valētinatib⁹ Oriolanisq; eqtibus, vi Oriolā expugnavit, paucissimo eqtū peditūq; numero. Vbi tota ciuitate in victorū prædam versa, supra duo germanorū millia partim flumine, partim ferro perierūt. In qua quidē pugna dñs Petrus Maza iunior, illustriorib⁹ si vitā produxisset æquādus, animis pariter atq; manu pugnax, publico argumēto probauit se dignū, q; filius nihil degener vbiq; haberet magnanimi atq; inuictissimi Petri Maza. Integerrimæq; feminarū dñæ Angelæ sororis quondā illustris Seraphini Oliuæ Comititis, egregiisq; Cherubini. Nihilōq; minus ibidē idē dñs Petrus Maza maior, sese in-

uictissi

uictissimū ostendit Imperatorē, quin & Prætorē iustissimū. Eius est quidē ciuitatis & regni partis Prætor. Ciuitate siquidē capta, Prætorio fungēs officio, germanorū ad quinquaginta publico affæcit supplicio.

NEC silentio prætermittendus est nobilis atq; magnanimus eques dñs Raimundus Castalię dñs, q; ex antiqua natus Latronū familia, latrones germanos acerrimis adeo est odiis infectatus & armis, vt faciliorem hostiū neminē habuerint germani latrones, ipso Raimūdo Latrone in eadem pugna Oriolana. NIXA est Proregē. Vbi pro omnibus ægit eqtibus, consequenter causam ostendit quare germani in eqtes omnes, & magnates irruerint. Scilicet effræna prædandi atq; dominandi cupidine, quod à principio patuit, quū nō rationabili satis ex causa factionis principes in Cheluā prædonū cuneos nō nisi ad prædandū miserūt, prius in vrbe dirutis Cheluæ Vicecomitis ædibus. Vnde in licentiorē prorūpentes audaciā, quasi iam sine cōtrouersia effecti rerū omniū dñi, Regiū vrbis rationalatus munus cuidam plebeio, cui nomē Caro fuit, dederūt. Procuracionē verò Paternę atq; Beniguarizii tradiderūt Sorollæ lanætextori, omniū germanorū ineptissimo. Atq; inde nō satis isthęc esse putantes ad insanie suæ cumulū, & totius reip. extramā futurā iacturā, regia atq; generalia ciuitatis vectigaliū amouerūt iura. Vnde ciuitas oberata in hūc vsq; diē luget. Verū emvero nō hæc tanti facerē: nisi eodē tēpore in id insanđę nō tam crudelitatis, q̄ impietatis execrādæ ipsissimi prorupissent, vt valido horrēdoq; citato p̄ditissimorū tumultu, immississimi vulnerib⁹ multis in vrbe cōfoderint Frānciscū quendā cognomēto Salinariū complexū sacerdotē sacrosanctū deferentē Eucharistię sacramentū, quū obsessus à populo tumultuante, in domo cuiusdā Spartariū sacrū Christi corpus iā faucibus recepisset. Tātoq; è domo extractū insanie furore eū debacchātes insecuti sunt, vt & sacerdotē cū sacra eucharistia illū protegentē, nō modo vulnerauerint, verū & in terrā cū sacramēto deiecerint: nec ante dimiserint q̄ miserū misericordiā ne quicq; adclamantē, trucidarint. Nec quidem ob aliud crimē, nisi q; eqtibus esset addictus. Falso in eū vulgato cōmento, q; iussu eqtū ignē missurus esset in urbē. Quū rationi omino fit absōnū, vt aliqs eqtū, licet pessim⁹, vel cogitauerit ignē in ppriā suā domū immittere, sensusq; suos insanus cū vrbe pariter p̄ire voluerit, Proh, pacis tumultus dominandi effræna cupido,

Auri, o virtutum cæca inimica fames.

Quot mala, quot lites, tua quot mortalibus iras.

Quot defert cedes, & fera damna, manus.

Quot trahit heu miseros rapidas Phlegetontis ad vndas.

Quot cæli extorres tempus in omne facit.

His nostra vrbs alis malè sana leuata duabus

Peruolat in damnum mox ruitura suum,

Nescia sic pennis cassis petit aucupis ales,

Dominus  
Raimundus  
Latro, Ca-  
staliæ domi-  
nus.

Germani  
Cheluum po-  
pulantur.  
Caro sit vt  
bis ronalis.  
Sorolla pro-  
curator Pa-  
ternæ.  
Generalia  
vectigalia  
amouent.

Francisci Sa-  
lines impia  
mors.

## A P O L O G I A,

Hamum sic auído piscis & ore petit.  
 Hac gemina stimolata fame, hoc geminoq; furore  
 Proregi, inq; equites impia bella ciet.  
 Fama tuas Didaci furdas non venit ad aureis?  
 Ad nomen cuius Gallia victa tremit?  
 Missus hic est Marius vestrum oppeditare Iugurtam,  
 Oppetet hoc vester dux Catilina duce.  
 Fortia Pompeius Sertoria in arma secundus.  
 Vestra hic est missus reddere colla iugo.  
 Talem ergo ac tantum stolido temeraria nixu  
 Ausa es ad interitum quærere marte Ducem?  
 Scilicet Augusto quasi non demissus ab alto  
 Venerit huc populis reddere iura tuis.  
 Dextra huius Latios multo nec sanguine campos  
 Tinxerit, atroces fuderit atq; duces.  
 Ausu eadem simili rutilas extinguere læto  
 Scintillas nixa est hæc Seraphine tuas.  
 Sed tua ni pietas obstaret, nescia flammam  
 Accendit, qua olim facta fauilla foret.  
 Sic neq; Gandensi, tibi néve Alphonse pepercit.  
 At contra stimulum fixit inepta pedem.  
 Nam quid profuerit tecum, non falsa Sagunthum  
 Facti testis adest, sit malefida licet.

Proregis ni-  
 mia morosa  
 que clemētia  
 quid germa-  
 nis effæcerit

Pompeius.  
 Sertorius.

Germani in  
 Gādix ducē

F A M A tuas Didaci. Ut ad laudes inclyti Alphonfi Segobriæ ve-  
 niat, Didacū Mendociū iterū laudat, quem Cantalicius inter illustres  
 duces magni Gonzalbi Fernādis in opere de bis capta Parthenope cō-  
 numerauit: cuius magna fuit spes apud nostros. Qui quū cruentus ab  
 omnibus germanis formidaretur: cūctatiōe & clæmētia nimia, nescio  
 utrū ea quā Scipio habuit apud Numātinios, nostros germanos lepo-  
 res, rabidos effæcit leones. Marius quis fuerit, quis Iugurta atq; Ca-  
 tilina Salustii scriptis notius est, q̄ necesse sit vt hic referatur. Quis itē  
 Pompeius cognomēto magnus. quis itē & quantæ honestatis, absteni-  
 tatis, animi atq; virtutis fuerit Sertorius apud Hyspanos, in quem Se-  
 natus Romanus Pompeiū penē adolescentē milit, & non Proconsu-  
 lem, sed Proconsulibus nominauit. tam eleganter quàm copiosē Plu-  
 tarchus retulit in vita vtriusq; Sertorii atq; Pompeii.

S I C neque Gandensi. In hunc maximē lymphatica germano-  
 rum prorupit infania, agentibus nonnullis Gandiæ inquilinis, qui  
 apud tredecim viratū male se habitos ab ipsius Gandiæ Duce cōquesti  
 totam



totam in eum germanorū, vel prædonū factionē adeo cōmouerūt, vt multa eius factionis millia cōtra eundē Ducē expediuerint, nō ad pugnandū, sed ad prædandū, quos in platæa atq; atrio diui Francisci coactos, precarius ciuitatis sacerdotū conuentus, qui cum crucibus pullis opertis velis, & sacro Eucharistiæ sacramento, misericordiam acclamantium aduenerat, reuocare à tanto totius regni excidio nō potuerit, contra conclamantibus illis Iusticiam. Vnde armis atque tormentis, signisq; ac tympanis urbem egressi sunt structi cunei, sub duce ac imperatore Caro. Qui cum ciuibus optimis, qui iam tunc rēpub. precipitem rucere in omnem ruinam prospiciebant, cōsultius urbem eos egredi permiserunt, quum continere nequirent, ne ciuitatis templorumq; conuerterentur ad prædam.

H O C igitur dolorum initium, ac totius regni excidii. Primum enim egressi germani prædonum cunei, bombis arcem Coruariam impugnare adorti, quæ illustris Gadiæ Ducis dominatus est, hoc profæcerunt (arcem cōtra propugnante cum paucis magnanimo Petro Ludouico scribarum Setabentium ex equestri familia nato diui Ioannis Baptistæ Rhodio comendatario) quod miserè perire permulti. Reliqui verò pauore adeo consternati fuere, vt si tunc Prorex à Gandensi duce, comiteq; Oliuæ vallem Alphandigam è Dianio oppido aduocatus, germanos adortus fuisset, Coruariā, vt diximus, arcē impugnantes, pugna leuissima profligasset, vt opinio publica multorum fuit. Nam adeo opinione Proregis exercitus, metu omnes fuerant germani perculsi, vt iam nō nisi ad fugam prospectarent. Verū mutarunt tunc spem, quum rescirent Proregem non modo pugnam retrectasse, sed etiam pedem retraxisse. Repetisset tunc quidem Dianium: nisi Oliuæ reuocasset Comes abeuntem. Vel hoc prudentia Prorex facit, vel vt multi dicebant, timiditate, quoniam se peditibus nō fidebat satis. Tamen hoc scio sinistro factum nostro fato, vt hinc germani animum, quem nostri visi sunt amisisse, resumpserint. Recepti hinc itaq; Setabi, arcem tormētis igneis adeo acri diuturnaq; pugna impugnarūt, sub quodā Vrgilesio duce (qui ab arce ignito percussus globo in brachio interiit) vt compulsi, qui arcem propugnabant, se germanis arcemq; in deditiōnem dederunt: accepta fide vt hinc se incolumes abire sine- rent, quam quidem fidem perfidi statim fregerūt. Nam bellacem equestrem virum Crispinum vix vrbe egressum, multis confossum vulneribus, cum quodam eius comite interemerunt. Atq; hoc factum fuit, quando Prorex valle egressus Alphandiga, suppecias laturus arci, iter ad Beniganim, atq; inde ad Beniadiarum vallis Albaidæ cum exercitu flexit, quod germanis maiorem audaciam peperit. Hoc nanq; germanus, captaq; Setabis arce, factus proteruior, statim vt Vrgilesio suffectus est Vincentius Peres, exercitum traduxit Albaidam. Vbi castrametatus adspiciente Beniadiari Proregis exercitu ad miliaria duo, Belgidæ areas triturabant, purgatoq; grano palleas incenderunt, nō multo

Tormenta  
ignea bōbos  
Cantalicius  
adpellauit.  
Caro germa  
norū ductor

Germani  
Coruariam  
arcem impu  
gnant.

Vrgilesius  
germanorū  
imperator.  
Setabis arx  
capitur.  
Crispinus ne  
catur.

Vincentius  
Peres Vrgi  
lesio suffici-  
tur.

## A P O L O G I A ,

absq; nostrorū contemptu. ERAT TVNC medius Iulius, Vbi paucis exactis diebus vtriq; exercitui certus venit nuncius, Alphonsum videlicet inuictissimum Segobriæ Ducem insigni victoria inter Sagunthum & Almenaram deturbasse exercitū Valentinum, vt paulo post fusius enarrabitur. Quo quidem nuncio nihil animo consternati germani. Nostris autem (quoniam locus omnis erat anfractuosus, tumultuosusq; atq; omnino equestribus ineptus cohortibus) visum omnibus fuit, vt Gandiæ, quæ ad duo triaue germanica milliaria ab hinc distat, se reciperent. Perterritos eo nuncio, autumantes minimè se sequuturos germanos. Quos tamen sua fefellit opinio. Nam abscessum equitum, metū putantes, audaciores effecti, actutum sequuti, castrametati sunt inter diui Hieronymi cœnobium & arcem Palmæ. Quibus quum armis occurrere Proregis decreuisset exercitus: ne se obsidione arctaret Gandiæ, ipso diluculo diei diui Iacobi quo egressū ri fuerant phalanges Bethicæ, qui maior erat peditum numerus, manifestum prodicionis dederunt prægnosticum, nō paruo citato tumultu, stipendium adhuc non emeritū extorquentes. Eo tandem tumultu sedato, sinistrū futurę cladis omen, equestris Antesignanus ipsius Gandiæ Ducis dedit. Nam quum oppidi portam egrederetur, hastam vexilli in portæ superliminari impingens infraxit.

VBI TANDEM ventum fuit ad locum pugnæ, suasq; vterque exercitus instrueret acies, is cui sulphurea commissa classica fuerant, nostros bombos inscitia, vel certè, vt fama fuit, prodicionis industria, in aëra exonerabat. Secus germanorum tonitrua per medios equites flammantes mittebant globos, non multa sine nostrorū equitum strage. Quumque equestres cunei irrumpere in germanas phalanges gestirent, infida Bethicorum proditio patuit. Nam illicet facie versa ad prædam Gandiæ toto impetu equites deserentes cursum verterūt. Quos & sequuti sunt penè reliqui pedites omnes. Vbi quum equites quod futurum erat prospicerent, meliori decreuere consilio, pedem prudenter referre, quàm insolenter perire. Prorex Dianium, Dux, necessitate compulsus, vt parenti suæ, sororiq; ac filiis suis succurreret, petiuit Gandiam. At Seraphinus Oliuæ Comes, immotus in sua statioe cum suis manens, bomborū ignitos globos aduersariorum impavidus quū inuicto spectaret pectore, diu ac multum à suis, multisq; equitibus amicis persuasus, vt fortunæ cedens, reliquam regni vitam seruaret. Alioqui fore vt omnia simul vno collapsu perirent. Hortatu tandem non periculo motus, Oliuam maturo gradu petiuit. Vbi prudens perpendens DEI, sed iusto permisso hæc omnia fieri: ad conterendum omnium fastum (quoniam tunc libera erat potestas tenebrarū) vbi nullum vsquam patebat effugium, nullum erat tantorum malorum remedium, nisi in solo abscessu. Consulto, lymphatico debacchantium cedere furori maluit, quàm insolenter contra impetum furentis fortunæ impar frustra luctari. Inde igitur cum

tota

Milliare germanicū vulgo Ieuca dicitur.

Tumultuantur Bethici pedites.

Pugna Gandensis.

Dissoluitur Proregis exercitus Bethicorū peditū proditiōe

rota sua domo Dianii se recepit, cum ipso Prorege, cum Gandiæ Du-  
ce, cumq; domino Petro Maza, reliquisq; equitibus. Quo quidem  
omnes tanquam tutiori se loco recepserant. Inde si par esset occurfu-  
ri germanis, qui opulentissimis Gandiæ atque Oliuæ exuuiis rapa-  
cissimi prædones incumbebant. Verum quoniam omnia eluxata  
erant, nec Prorex ipsis fidebat Dianii, quos anno integro expertus  
fidissimos fuerat, abire hinc naui decreuit, quam ad hoc iam olim pa-  
ratam habebat. Persuasu tandem Oliuæ Comitis, omnes Peninsulam  
adnauigarunt, omnium tamen vitæ extremo periculo, alimentorum  
& aquæ summa penuria. Dominus tamen Petrus Maza cum suis in-  
de Almanfam. Rhodericus Corella cum suis Consentaniam. Alphon-  
sus Cardonius Almirans, nonnullis comitatus equitibus contendit  
Ondaram, inde Murlam, vnde vallem Guadalestam, hinc è Cofri-  
da noctis inter cæcam caliginem prætergredientes torrentem quem  
Pegnaquilæ, vulgo Canalem adpellant: euadentes Alcoianos multo  
numero nos persequutos præterlegimus Ibin. Inde Castaliã, tandem  
Saxum Bilenæ peruenimus, non minori stimulati siti quàm fame.

TERTIA PARS SAGVNTINAM PV-  
GNAM REFERT, ET INCLYTAM

inuietissimi Alphonsi Segobriæ Du-  
cis victoriam.



Er denos pro Rege equites Dux arce Saguntha

Ipsè sua tutos iusserat esse fide.

Ecce Sagunthini germana perciti Erynne,

(Perfidia quibus est prisca abolita fides.)

Inuadunt arcem, expugnant, patrios vclut hostes

Bis quinque ac septem turba cruenta viros,

Orantes veniam lachrymis, vitamq; precantes

Vt rabidi perimunt, dilaniantq; canes.

**T**Erdenos pro Rege equites. Necessitate carminis numerum  
posuit minorem, hoc est, triginta, quum octo & triginta fue-  
rint ex Sagunthinis Regi fidissimis: nō tamen equites omnes.

A nobiliori enim parte totum appellauit. Hii siquidem videntes ger-  
manorum insaniam indies crescere, atque nihil vsquam tutum fidis  
fore, consilio, vt ferebatur, habito cum Alphonso Duce Segobriæ, vt  
tutiora fierent iura Regia, in arce se recepērūt. Quibus & idem Dux  
laturum se promisit suppetias, vbi opus foret. Qua quidem spe freti

D 4 nihil

Sagūthi arx  
à germanis  
intra horas  
decē & octo  
expugnata.

Decē & se-  
ptem arcis  
propugnato  
res occisi.

Ioā. Sanfeli  
uus arcis pre  
fectus.

Emanuel  
Sparfa.

Cruor pue-  
rorū in alta  
ri fufus inde  
lebilis māsit

Villa realis.  
Castulo. &  
Borriana Al  
phonso Duci  
se dedunt.

Quis Furius  
Camillus, q  
reliqui, quo  
rū hic nomi  
na leguntur  
olim fuerint,

nihili facientes germanorū potentiam, ex arce quot horis oppidanos cum probris, tum ignitis globis, insolentius fortè quàm tēporis fortunæ esset, laceſſebant. Quum nemo qui sapit debeat extra articulum extramæ necessitatis, irritare se potentioſorem ad pugnam. Vnde malo eorū fato contigit, ſacro die natiuitatis diui Ioannis Baptiſtæ, vt igneo tonitru optimū quendam interemerint oppidanū. Quod quidem reliquos omneis ad iram adeo acerrimè inſtimulauit, vt actutū arma corripientes, eis auxiliantibus Puteolanis, arcem ipſam acri adeo pugna adorti ſunt, vt intra ſeſqui diem vi expugnarint. Quod quidem non tam facile obtinuiſſent, ſi viginti non deſeruiſſent arcem. Videntes enim ſeſe à tanto hoſtium impetu atque numero tueri non poſſe, conſilio cōmuni habito, quum decem & octo decreuiſſent ante mori quàm germanis arcem deſerere, his relictis reliqui ſune ſe demittentes è muro nocte fuga euaserunt. Quum igitur vbi dies illuxerat, decem & octo qui remanſerant, impetum inimicorū ſuſtinere nequirent, ſuperati, non quidem victi, omnes viriliter occubuerunt, Præfecto arcis dempto, qui quum fide atq; animis haberetur inſignis, à ſacerdote ſacramentum Eucharistiæ deſerente protectus, euasit ſoſpes. Is autem fuit generoſus Ioannes Sanfeliuus. Occubuitq; generoſius Emanuel Sparfa eiufdem fidei atq; animi, quē crudeliter iugularunt. Poſt quem pari crudelitate duos præfecti arcis fratres adoleſcentes imbelles iugularunt, Caſparem, annos natum quindecim, & Galecranū annorum tredecim, altari ſacelli eiufdem arcis hæretes, & vitam lachrymis orantes. Quorū cruoris nota, vt tunc certo relatu accēpi, multa aqua aboleri non potuit. Qui fortè (ſicut in Chaym innocens ſanguis Abelis) vt in truculentos tam immanis, feralisq; facinoris actores, innocuus innocenter effuſus clamaret, remanſit indelebilis.

Q V O D autem in tali periculi articulo Excellentiffimus Dux Alphonſus, amicis & Regis fidiffimis ſuppētiis nō adtulerit, inopina ciſiffimaq; expugnatio arcis effæcit, quæ intra ſeſqui diem, id eſt, horas octo & decem cœpta atq; peracta fuit. Tum impedimento fuit abſentia ipſius ducis, qui illo eodemq; tempore a fidiffimis Ondæ accitus, pauciſſimis, ſed magnanimis comitatus equitibus, paruaq; peditum copia, regio iugo redægit Villam Realem, Caſtulonem atq; Borriannam, oppida munitiffima: quæ ſeſe vltro in deditioſem ei dederunt, ſed non antequam deturbata germana phalange, captū eius ducem Michaelē Stelleſium à tredecim viratu Planam, ad firmandos Planenſes germanos miſſum, Dux ipſe cum nonnullis aliis apud Caſtulonem publico affæcit ſupplicio. Habuit autem ipſe dux Alphonſus ex equeſtri ordine fidiffimos vbiq; atque in omnibus magnanimos comites: quos omneis iure dixeris, Furios Camillos, Metellos, Coruinos, Torquatos, Decios, Papyrios, Dentatos, Fabricios, Fabios, Pyrrhos, Marcellos, Flaminios, AEmiliosq;. Sequuti ſunt igitur vbiq;

docet lib. Suetio, Trā. de viris illuſtri. q & de præclare Romano. geſtis inſcribitur.

Ducem

Ducem ipsum Alphonsum, Iacobus Franciscus Ferrarius Valentinus Proprator, genere nobilis, tam præclarus moribus, quam animis & bello insignis. Quem nihil impar sequitur nobilis Rhodericus Mognocius, qui inter primos pugna Sagunthina fuit præsignis. Verum quoniam singulorum si merita enarrare voluerimus, in infinitum procederet opus, nudo nomine quæque inde ponemus, non suo ordine, sed ut quisque occurreret, quorum primus occurrit, Honoratus Olphus à prochita. Ioannes Boilus Arenosius. Ioannes Mercator Zabata filius domini Argiritæ, qui Sagunthina pugna strenuè pugnans ignita percussus glande in inguine, Almenaræ sanctè vitam finiuit. Lodouicus Carrocus filius præclarissimi domini Lodouici Carrocii quæstoris prouincialis Valentini regni. Item Hieronymus Carrocus & Petrus frater eius. Guillelmus Montacutus diui Iacobi comendatarius pugna Sagunthina præclarus. Ioannes item scribarum familiæ primas, regius computum quæstor. Vulgò magistrum rationalem adpellant. Ramstonius Vesiana prætor Planæ. Michael Sanchius dalmauus, Regis quæstor ærarius. Saera, filius Onophrii Saeræ. Petrus Lodouicus Almunia, Sagunthina etiã pugna insignis. Nec eò inferiores eius ex fratre nepotes Hieronymus, eiusque frater Symõ Peres, qui eadem pugna Sagunthina strenuè pugnans vulnus in pede recepit. Nihilò etiam inferiores Ducem eundem sequuti sunt Lodouicus Masconius cognomèto surdus. Balthasar Sorellius Albalati dominus. Lodouicus Margaritus. Vincentius Exarchus cum filio Michaele. Ioãnes Lodouicus Valles. Onophrius item Ferdinandus. Geminique Monforiui fratres Fauræ domini, qui pugna Sagunthina occubuerunt. Item Cornelius Latro, eiusque ex Frangerio nepos Raymundus Latro. Quibus nec abfuerunt Arnaldus Peres Turolii regius quæstor. Lodouicus Sanchius præses Peninsulæ. Oliueriusque botiler Dertusas. Omnes quidem præsignes animis. At inter omnes nec abfuerunt ex Pegnaroiarum animosa familia, Bernardus, Galceranusque cognomento Turcas, qui cum egregio Francisco Solano multis acceptis vulneribus confossi, sed non victi, pugna Sagunthina pugnantes interierunt. Quos animis imitati, sequuti fuerunt Franciscus Galceranus Pegnaroiæ. Philippus Christi comendatarius, Iacobusque legum doctor, cum Petro Pontio, atque Martino Francisci Solani fratre. Qui licet in cathalogi illustrium calce ponantur, virtute tamè & animis, primis equandi sunt. His igitur aliisque quorum nomina breuitatis gratia subticentur, comitatus inuictissimus Alphonsus, Vbi à germanis vi captam Sagunthinam arcem rescuiuit, effusi fidelium Sagunthinorum sanguinis futurus vindex, cum suo exercitu Nublarum oppido se recepit.

N V B L I S igitur castrametatus Alphonsus futuræ Sagunthini prælii victoriæ adiutores etiam habuit strenuissimos diuæ virginis Montesiæ ordinis equites, magnanimum dominum Franciscum Despugium, præpositum Montesiæ militum, Franciscum item eius filium. Quos

D 5 sequiti

Equites du-  
cem sequuti.  
Iaco. Ferra.  
Rho. Mog.

Honora. Ol-  
phus a proc.  
Ioã. boi. arc.  
Ioã. Zabata  
Lodo. Car.  
minor. Hiero-  
ny. & Per.  
Carr. fratres  
Guillel. Mõ-  
ra. comēda.  
Ioan. Scriba  
magi. ronal.  
Ram. vesia.  
Michael Sã-  
chius quæ-  
stor ærarius  
Saera.  
P. Lodo. Al-  
munia. Eius  
duo nepotes  
Lodo. Mas.  
Bal. Sorell.  
Margaritus  
Exarchi.  
Onop. Ferd.  
Monforiui.  
Corn. latro.  
Arnald. Peres  
Oliuerius.  
Pegnaroiæ

Cõmē. Mõ.  
Franc. Des.  
Franciscus  
eius filiu.

## APOLOGIA,

Pere. Caste. sequuti sunt Peregrinus Castellar Comēdatarius oppidi Benicaroli. qui eius Præfectus copiæ fuit, quæ sancti Matthei oppidum expugna-  
 Lodo. Hier. uit. Item Lodouicus Hieronymus Valles cōmendatarius Xiuerti, An-  
 Valles. gelus Monpallauus cōmenda. Cullæ. Lodouicus Peregrinus ab Ara-  
 Ange. mon. go cōmenda. Villafamis. Hii omnes cōmendatarii, adiuuantibus Lo-  
 Lodo. perc. douico Sanchio Peninsulano Præfide, Oliueroq; Dertufate anteno-  
 Turdetania regia, sed Sarracenos, Turdetaniam traduxit exercitum. Inde Almena-  
 Torres tor- ram. Interea Valentiam Sagunthini adduxerāt duos pueros iugula-  
 res. tos tanquam à Sarracenis occisos. Vnde percœbrescente crudeli isto  
 Geminos cō- commento, ab Sagunthinis ipsis patrato: vt tam immani spectaculo  
 fossos pueros in ipsum Alphonsum, inque equites populum in acerrimum laceffe-  
 Valentia Sa- rent odium, pueros interemptos per vrbem circumferebant magnis  
 gūthini per clamoribus, non ad propugnandam Christianam fidem in Sarrace-  
 ducunt. nos, vt tumultuantes dicebant: sed ad omniū tam equitū, quàm Sarrā-  
 Germanorū cernorū prædam totius regni exhauriendam, instimularent. Exitus  
 Valentinus veritatē ostendit. Quum vrbe egressi sunt germanorū supra millia  
 exercitus in septem, cum omni bellico cōmeatu tanto fastu, audacia tanta, vt iure  
 ducē expe- Xerxis dixisses exercitum, qui cicus dicto vniuersum terrarū orbem  
 ditur Alphō à Gadibus ad vique extræmos Indos suppeditassent: nisi statim Sagun-  
 sum. tho egressi in Segobriū impegissent saxum. Vt sequenti carmine car-  
 ptim narratur, vbi fidelium Sagunthinarum effusi cruoris, vltorem  
 fuisse dicit Alphonsum Ducem.

Sanguinis innocui at vindex Alphonsum inultum

Immane hoc iustus non finit esse scelus.

Pectore Cæsareo augustas accensus in iras.

(Pacta fides nullo est quod temeranda modo.)

Milite mox socio, peditum paruaq; phalange.

Hostes persequitur, sub pede moxq; terit.

Nec mora progenitæ genitrix germana Saguntho.

Armis ac bombis auxiliaris adest.

Nam Saraceniaco iugulatos ense pueros

Vrbi ostentarat turba Saguntha duos.

Compertum at scelus hoc diram patrasse Sagunthum,

Vrbs vt in Alphonsum summeret arma Ducem.

Conci

Concitatq; vrbs adeo est commento hoc improba diro,

Vt rueret populus totus in arma furens.

Fama refert peditum fuerint quod millia septem.

Tantis nec cuneis vnus inermis erat.

Structa acies dubio est animis an fortior armis,

Vel fuerit numero firmior ipsa suo.

Tc nisi restantem Dux offendisset. Achæos,

Tum quæ Gangaridas iam penetrasset, erat.

Sed dare victricem non maior copia palmam,

Ast ordo, atq; animus, ius meliusq; solet.

Non numero tumidum superauit Achaia Xerxem,

Pontum qui opplerat classe, phalange solum.

Nec profligauit numero, immerfitq; cruori

Pro nato Xerxis magna Tomyris auum.

Est quare insulfus numero qui fidit inani,

Stultior at vulgi qui in statione sedet.

Inconstans, varium, malè gratum, seditiosum

Vulgus vile procax, & sine mente furens.

Consilio nullo regitur, nulla ratione.

Quæq; leuis sequitur, qua rapit aura, leue.

Stulta igitur stulti est, & casta potentia vulgi,

Nullum quæ in sceptro nouit habere modum.

Aut suplex seruit, fastu aut dominatur inepto,

Stultitia aut dæmens turbat vtrunq; sua.

Quale vul-  
gus.

**T E N I S I** restantē Dux. Hoc in multam Alphonfi gloriā & ger Achaia.  
manorū dicitur ignominiā. Achæos, id est, Græcos. Achaia siquidem Peloponnesus.  
ea est regio Græciæ, quæ (vt Herodo. author est lib. 7.) primo Peloponnesus.  
nesus. i. Peninsula. Danaa postea, demum Achaia. Vnde Danai Achei, Danaa.  
atq; Achiui. Nostra autē tempestate ab omnibus vulgò Morea dicitur. Morea.  
Tum quæ Gangaridas. Sunt Gangaridæ populi Gangis incolētes rip Gangaridæ  
pas. Nō vt visum Curtio fuit lib. x. de gestis Alexandri inter Assyrios & Indos, sed inter Parthos & Indos positi. India quidē à geographis  
diuiditur intra Gangē & extra. India intra Gangē à Parthus in Gangē Ganges.  
protenditur. Reliqua ab ipso Gange ad Oriētale atq; Taprobanicum  
oceanū mare dilatatur. Est autem Ganges vnus ex quatuor paradisi  
fluminibus Indiā, vt diximus, ab Arc̄to in austrū dirimens, ostus vt nō  
nullis placet, nouē, vt aliis octo, vt autē Verg. 9. Aenei. septē, in Tapro  
banicū exonerans pelagus, Vnde etiā & mare Gangeticū adpellatur. Gangeticū  
mare.

NON

## APOLOGIA,

Xerxes.  
Xerxis exer-  
citus nume-  
rosissimus su-  
pra fidem.

Tomyris  
Mastageta-  
rum regina.  
Cyrus. Hu-  
ius initia  
vniuersam  
vitam & finē  
fusus Hero-  
dorus descri-  
psit.

NON numero tumidum. Quòd Græcia duce magno Themisto-  
cle Xerxem Darii filium Persarum Regem, nō numero superauit, sed  
quidem virtute. De Xerxe deq; eius exercitu tot tantaq; referuntur ab  
Herodoto, vt nō modo mira, sed incredibilia videantur. Totum enim  
illius exercitum fuisse dicit, quinque mille millia, & ducenta octua-  
ginta duo millia hominum septingentosq; ac sexaginta. Themisto-  
clis verò exercitū vniuersum decem millia hominum nō numero ex-  
cessisse adfirmant. Pontum qui opplerat. Hoc ab eodem Herodoto,  
qui eundem Xerxem classibus pontem in Helesponto facisse retulit,  
ab Abido vrbe Asiæ in Sestum urbem Europæ, quod & Lucanus lib.  
2. tetigit. Nec profligauit numero, immeritq; cruori. Pro nato Xer-  
xis magna Tomyris auum, id est, Cyrum Persarum Regem, qui pater  
fuit Atossæ vxoris Darii, Xerxis patris. Vnde Xerxes ex filia nepos  
fuit Cyri. Referunt igitur Herodotus, atq; Iustinus lib. primo Epito.  
Cyrum Persarum Regem, expugnata Lydia, & capto Cræso, bellum  
Mastagetarum intulisse reginæ Tomyri. Cuius quum filium Mast-  
getarum exercitus Imperatorem astu subdolo cum multis aliis, detur-  
batis eius cuneis, cœpisset: atq; cruentus coram reginæ oratoribus re-  
poscentibus precibus, trucidare iussisset. Tanta lacessita Tomyris in-  
iuria, Cyro per nuncios remisit, quando humani sanguinis adeo esset  
avidus, fore se illum sanguine faceret. Vnde exercitu instaurato, illu-  
stris virago Cyri exercitum animosa profudit, cruentum Cyrum cœ-  
pit, & trucidauit: eiusq; abscisum caput in lebetem cruoris plenam im-  
mergens, dixit. Cyre quoniam tantum sanguinem sitiisti, facia te  
nunc sanguine.

Res comperta tibi est germana Valentia nuper,

Quum tua gestaret sceptrum Sorolla manu.

Nam contra Augustum, pro Augusto bella gerebas.

Fida eadem tutrix Regis, & hostis atrox.

Pro regem insequeris iusto fidissima bello,

Hostis quòd fuerit Regis, vt ipsa, tui.

Pellere Pro regem, dicis defendere Regem?

Perfidiam credis non temerasse fidem?

Quòd tuus in leges fieri germanus ab agit.

Nec tecum in regem sumpserit arma suum.

Perfidus est ordo totus tibi visus equestris?

Fidum hinc condemnas, mortis agisq; reum?

Borgius hinc reus est. Comes hinc inuisus Oliuas.

Militiam hinc omnem perdere morte cupit.

Contra hinc Alphonsum auxilio furibunda Saguntho

Occurrit



Occurrit fastu mox peritura suo.  
 Nam numero peditumq; ducumq; elata fuorum  
 Subdere crediderat sub pede & astra suo.  
 Prospiciunt oculis superi mortalia iustis,  
 Et dura in tumidos est Iouis alta manus.  
 Sedibus è superis piceum deuoluit in orcum  
 Cœligenum primum dira superba lues.  
 Hæc eadem extorres paradisi è limine facit  
 Primæuos, duro misit & exilio.  
 Hæc quoq; & Alphonfi germana insania traxit  
 Te Ducis in duras interitura manus.  
 Auia vix cunei capiebant arua Valenteis,  
 Nec pedites poteras, nec numerare duces.  
 Aecides omneis dixisses, Scipiadasq;  
 Atroces Pyrrhos, Hannibalesq; truces.

AEACIDES omnes, id est, Achilles. In magnum germanorum  
 contemptum ista dicuntur. Scipiadasq;, id est, Scipionidas. Quis fue-  
 rit Achilles, & qui Scipiones notissimum est. Atroces Pyrrhos. Pyr- Pyrrhus.  
 rhus primus, filius fuit Achillis & Deidamiæ filiae Lycomedis Regis  
 insulæ Cyri, vt author est Papinius lib. Achileidos, qui, vt aiūt, decen-  
 nis ad Troiam profectus, Polyxenam formosissimam filiam Priami  
 (quam Achilles adamās clam dolo à Paride sagitta percussus interie-  
 rat) super parentis tumulum Troia capta trucidauit. Alius etiam fuit Pyrrhus.  
 Pyrrhus Aecidarum ab eodem Achille deducēs originem Rex Epiri alius.  
 militaris industrię insignis, ac pugnacissimus, ab Hannibale apud Mi-  
 thridatem laudatus, vt author Plutarchus est in vita Hannibalis. De  
 Hannibale Romanorū hostilissimo, quantus animis, quantusq; pru-  
 dentia, vigilantiaq; solertia fuerit, primū Liuius Romanæ linguæ elo-  
 quentię torrens, hinc Silius, pariterq; Plutarchus quum satis copiose  
 dixerint, non est vt hic quidpiam addam.

At Dux Alphonfus parua trepidante phalange.  
 (Vix tria complebat millia tota manus.)  
 Fido equitum numero centum comitatus amico.  
 (O virtus Caio regia digna Duce.)  
 Inuictis animis potius quàm fortibus armis  
 Armatus, dextram nudus, inerme caput.  
 Pectore magnanimo medios irrumpit in hostes.  
 Enses, non bombos, spicula nulla timens.

Incur

## A P O L O G I A ,

Incurfat turmis, cuneos funditq; fugatq;.

Haud aliter pauidas quàm leo sternit oues.

Quis tua Melciadis canat acta Themistocle digna?

Facta equitum atq; animos? quisve trophæa ferat?

Non fuit in crudos quisquam te atrocior hostes.

Mitior in victos te quoq; nemo fuit.

Ambiguum, fueris maior pietate vel armis.

Maior eras animis, nec pietate minor.

Palantes poteras facili nam strage misellos

Perdere. sed victis parcere dulce facis.

Inde manus reuocas ferientum à cede eruentas.

Parcite iam miseris, vox tua, parcite, erat.

Regius inde genus quàm sis regale probasti

Inuictis animis. sed pietate magis.

Hic germana ferunt cecidisse cadauera mille,

Latis quæ vidit sparsa viator agris.

**D E X T R A M** nudus, inerme caput. Quibus munitus armis magnanimus Dux Alphonfus aggressus est prælium, & quali equitum atq; peditum copia, breui recensetur sermone. Equitum itaque amicorum centenarium non excedebat numerum. Peditum trium millium. Qui Almenaræ oppido castrametati (vt paulò antè diximus) quum Alphonfus recepto nuncio, germanorum copias Saguntho egressas, structis cuneis adpropiare resciuisset, publicum regni sui animi dedit argumentum. Nam licet non ignoraret exercitum suum numero hostium multo inferiorem, nullo tamen pauore tactus, hylario rem solito se suis ostentans, non tergiuersari, quod equiti extræmo est probro, non pedem referre, nec hosti dignum duxit vno cedere pede, quod non regium Principem: sed nec tyrunculum militem, equitemq; vel velitem cogitare decebat. Quum tali temporis ac necessitatis articulo, omnibus vel amittenda erat cum gloria vita, vel certè magno cum dedecore vita simul & honos. Quare Regius atq; magnanimus Princeps, licet multò esset hoste inferior: consultò maluit antè imperterritus hostium occurrere cuneis, cum mortis periculo, quàm timidus cum certa vitæ sospitate pugnam retrectare. Eo maxime tempore, quo receptui canere, recederève, fuisset fugere. Inimicis animos addere, audaciam augere, spem victoriæ facere, ac denique ad adfectatam totius regni populationem prædonibus ostium aperire.

**I N D E I G I T V R** mouens inuictissimus Dux ad duo milliaria adpro

Pugna Sagunthina describitur.

Magnanimitatem ducis Alphonfi nota.

adpropiantibus cōiuratis, obuiã cum suis occurrit cuneis. Vbi quum Sisonius germani exercitus ductor, ex omnibus suis copiis duas instruxisset acies, singulas penè quatuor millium peditum, misissetq; sinistram, occiduum versus trans monticulum, qui medius à Sagūtho Almenaram pergentibus occurrit, vt nostros post terga inuaderet, atq; ipse cuneum dextrum regia via inter oliueta in nostros dirigeret, tanto fastu, tantoque catapultarum tormentorumq; apparatu, vt ocyus dicto reliquum totius orbis terrarum sibi subacturū iurasset. Vbi primum tormenta sulphurea horrendo cum strepitu in nostros exonerarunt. Eodem temporis articulo nostri pedites, Duce Ioanne Ciurana Villoris domino, regio Morellæ Quçstore, atq; Falcone On dæ signifero, dum viriliter hostium phalangis frontem adoriuntur. Pariter inuictissimus Alphonsus inermi capite, dextroq; exerto lacerto, ferreo tantum indutus thorace, nullis ante pectus conferto fibulis, velut formidabile fulmen, primus cum suis equitibus in perfidorum phalangis irrupit latus. Inter cræberrimos enses, hastasq; bipennes, ignitaque tonitrua velut leo rugiens inter oues incurfans, equo lanceaq; hostium segetem multam prosternens, latam suis viam breui aperuit. Quantum autem ibi animi in restanteis, quantum in miferos victos ostendit clæmentia, testantur plerique adhuc superstites, qui interfuere. Quare ædita multa hostium strage, quum reliqui Alphonsi impetum, equitumque illius cruentam ferociam sufferre non possent, in fugam versi, haud dubium quin nostris reliquissent victoriam nihil ingloriam, nisi ea pugna ex nostris equitibus pugnacissimi occubissent ex generosa Pegnarogiarum familia, Galceranus cognomento Turcas, qui deturbata perfidorum phalange, quum vexillum Regium, cuius est insigne vespertilio è manibus Antesignani germanorum vi extorqueret, ignita, proh dolor, percussus glande, equo delapsus multis confossus vulneribus inuictus oppetit. Quo etiam fato ex eadem familia ibidem interiire Bernardus Pegnarogia, Franciscus Solanes. Et ex nobilibus, Lodouicus Ceruato, Ioannes Mercator cognomento Zabata, filius domini Argiritæ. Franciscus Despugius, filius Francisci Despugii, præpositi Montesianæ militiæ. Cecideruntque fratres gemini Monsoriui, Fauræ domini. Ingenuusq; Dionysius Sparsa Sagunthinus. Et Zaera filius olim Zaeræ, genere omnes, animis, atq; virtute præsignes. Quibus quid obsecro gloriosius contingere potuit morituris, quam pro Rege, proque patria pugnantes decubuisse? Quod maxime peculiare esse debet generosis equestris ordinis viris.

INDE immortalis quidem donandi sunt laudis elogio nostri equites Valentinales, qui non modo stipendiis propriis: verum tot, tamq; diuturnis laboribus, atq; vitæ periculis, toties pro Rege, proq; patriæ liberatione pugnarunt vsq; ad necem. Quorū omnium, & singulorum præclara facinora adamussim enarrare, emergit dubiū, ne Cheronei

Plutar

Sisonius germanoræ exercitus ductor

Pugna Sagunthina cōmittitur.

Qui ex equitibus occubuerunt.

Gloriosius nihil equitibus q̄ pro lege, pro Rege &amp; pro patria mori.

Peculiare esse debet equitibus pro lege, pro rege &amp; pro patria mori.

## A P O L O G I A,

- Plutarchi. Q. Curtii, vel certe Suetonii sufficeret stilus Tranquilli. Ad quorum laudis summam satis esse dixisse puto, cuncum centum equitum, triumque peditum milliū, aciem profligasse coniuratorum penē octo millium peditum, tormentis armisque structissimam. Vbi quid equitum quisque patrarit facili argumēto eliciet, quum nouerit, quæ plæbei fidi ciues, qui ab vrbe à principio ad Alphonsum Ducem transfugerant, eadem pugna facerint. Quorum occurrit primus, Ioannes Guimera nus Valentinus tabellio. Qui quum eminus vidisset quod magnanimus Franciscus Despugius, militiae Motesianæ prepositus, & Alphonsi exercitus Dux, equo ignito fulmine interempto, collapsus, ægrè se pedes tueretur contra irruentes in eum ex perfidis hastatos octo decemve, subdens calcaribus equum, in eos impetu adeo citato irrupit, vt inde abægerit. Neque id quidem satis: nam equo descendens, eum equum ascendere facit. Vnde & ipse pedes hinc abiens, à nonnullis oppressus coniuratis hastatis periisset: nisi tempestiuè Mattheus Rocius tabellio & scriba generalis magistratus Valentiae, ex antiqua Romanorum Vrsinorum stirpe, in hostes equo inuecto illum eripuisset, vno ex perfidis lancea transacto. In qua quidem pugna non modo sui Vrsinorum generis publica argumenta dedit inter nostros equites: verum & probauit se pronepotē illius Bernardi Rocii magnanimi equitis, qui à iuuenili ætate in omnibus præliis vbique militauit sub inuictissimo domino Bernardo Scintillarum primate. Sub quo Sardiniae, Neapoli, atque in insulis Balearibus insignia multa immortalī laude patrauit.
- Hieronymus Ledesma.** SED NEC silentio prætereundum dignū facerim, quantū fidei, quantum animi ubique Hieronymus quidā Ledesma ostendit, qui ante annos aliquot, quum singulari duello Vincentium Peres vulneratū vicisset, semper hostilissimum habuit. Quare & eodem die, quo à perfidis Valentiae Franciscus Salinas gladiis confossus interiit, tanquam alter Franciscus Salinas ad mortem ab iisdem cōiuratis quæsitus, domo relicta cum vxore & paruulo nato Hieronymo Ledesma, qui nūc nostræ huius vrbs literis tam Latinis, quam Græcis inter poetas philosophos atque medicos est ornamentū eximium, ad Ducem Alphonsum confugit. Quem ubique sequutus integerrimè fidei, imperterritiq; animi sui inter equestres multiplex testimonium dedit, pugna maximè Sagunthina. Tantæque fidei atque integritatis inde inter ciues fidos ab omnibus habitus fuit, vt soli illi Valentiae custodia capitalium coniuratorum credita fuerit. Sed ne in enarrandis fidelium ciuiū laudibus nimius fiam, vt tandem vltèrius procedat sermo, animaduertendum, quanta, quamque regia in duce Alphonso clæmētia fulsit: quanta in singulis equitum victorum generosa in victos pietas, eadem pugna. Vt quum omnes coniuratos penē fufos, huc illucque palantes passim sternere potuissent, misericordia deliniti, vt effugerent, permiserunt. Quae quidem fuga, siti, nimiaque lassitudine atque pauore germanorū miserè perie
- Ioannis Guimerani tabelliois insigne facinus.**
- Mattheus Rocius ex Vrsinorum Romanorum familia.**
- Hierony. Ledesma medicus.**
- Quanta equitum fuit in victos germanos clementia.**

perierunt plurimi. Qui verò in prælio occubere millenariū expleuerunt numerum, quorum cadauera lata dispersa per arua ipse vidi.

Est vbi nunc stolidus germana superbia fastus?

Quom cecidit: tumidæ quom cecidere minæ?

Alphonsum quare vincētis post terga lacertis

Non agis, vt vicētrix antetrophæa Ducem?

Imbelles miseros quæ atrox occidis inermes

Aris, infontes dira cruenta necas.

Quir fugis à parua paucifacta misella phalange?

Vincere restanteis gloria maior erat.

Quæsiuit saxum frontem quo insana rebellem

Frangeret, ascendit, decidit vnde ruens.

An non Alphonfus scopulus tibi durus & altus?

Inuictus cui animus, pectus & indomitum?

Inclyta Gotthorum ne hic stirps: regumq; propago?

Virtus en tanto surgit Auita viro.

Pro patria haud timuit belli se offerre periclis,

Proq; suo duxit Cæsare dulce mori.

Hinc tibi se debet diuus Dux inclyte Cæsar.

Iura tua inuicta sunt sua tuta manu.

Debemus patriæ pro libertate fideles.

Nos tibi, tum Patri tempus in omne tuo.

Patri quòd patriam patrio seruarit ab hoste.

Et tibi quòd rapidis eripis ipse lupis.

Proregi cæptos nam offers Alphonse triumphos,

Victor dum Nublis in statione manes.

Victricesq; equitum præbes, peditumq; cohortes.

Queis Prorex hostes vincet vbiq; suos.

Primus adest animis Despugius acer, & armis,

Montesiæ qui equitum Dux fuit, atque tuus.

Hic tuus ergo equitum ductor. peditumq; tuorum

AEmilius pugnax, Manlius alter erat.

Paulus AEmilius Macedonicus, Romanus Prætor. In Hispania cruenta pugna Lusitanos domuit. Totam Hispaniam Romano iugo subægit. Consul, Legatus in Liguria inferior numero, hostes fudit & domuit. Inde Macedones profligauit. Titus Manlius Tor-

E cuatus

Franciscus  
Despugius.

M A P O L O G I A,

quatus, Inuictissimus in hostes, In patrē pius, In filiū seuerus. Quem interfici iussit, quoniam contra iussum suum, ab hostibus irritatus, in eos irrupit, ac vicit.

Peregrini ab Arago magi ster campi.	Huicq; Magister erat campi Peregrinus Arago, Atroce Pyrrhum credere quem poteras.
Pere. Caste. Iaco. Ferra. Proprætor Valentiæ.	Huic nil inferior Peregrinus & ille, rebelles Sancti Matthei qui populos domuit.
Rhodericus Mognocius.	His animis, armisq; pares Ferrarius vrbis Nostræ Proprætor, Mognociusq; micant.
Ioã. Scriua magi. ronal. Ramston	Regius his ne impar rationum Quæstor. & isto Ramston magnanimus non Viciana minor.
Montacutus Carrocii.	Hoc nihil inferior nomen cui Montisacuti. Huic non Carrocios longius isle puta.
Lod. Masco Onophrius. Ferrando.	Aure licet surda Masconius at Lodouicus, Est inter primos connumerandus eques.
Margaritus Comes Alm.	Nec te deseruit virtus Fernande tuorum, Principio Alphonfi signa sequutus ades.
Petrus Lo- do. Almu.	Non Margaritus procul his abcessit. abiuit Non huic Almenaræ longius atq; Comes.
Hiero. Sy- mō Peres Al.	Petrus at inferior non est Almunia primis. Hoc nec vterq; animis, inferiorq; nepos.
Ioã. Ciura. Falco.	Facta Morella suo est Ciurana insignis, & Ondam Ditarunt Falco, Pegnaq; Marte suo.
Sanchius Pe- ninsulæ præ- fes. Oliueri.	Sanchius effulsit tuus hic Peninsula Præfes, Hic Dertusa tuus fulsit Oliuerius.
Arnal Peres regius quæ- stor Turolii	Quis te Arnale fuit pugna bellacior illa? Turolium est factis inclyta facta tuis.
Bernardus Pegnarioia.	Quid Pegnarioias memorem? quis Marte Saguntho Illis plus habuit pectoris, atq; animi?
Galcer. Pe- gna. Turcas Frã. Solan.	Magnanimo quis Bernardo? quisve acrior illo Turcæ cui nomen. trux animusq; fuit?
Lodouicus Ceruato.	Francisco Solano animis quis maior & armis? Illo quis, nomen cui quoq; Cerua dedit?
Ioã. Zabara Argiritæ do- mini filius.	Occubuit pugna iuuenum pulcherrimus illa, Qui Mercatorum spes erat atque decus.

Despu

Despugius quanquam periit pietate parentem

Dum sequitur, fama nonne perennis erit?

At Monforiuos gemino viduata patrono

Flebilis heu luget Faura misella suos.

Corpora si tristi mors inuida clauscrit vrna,

Fama immortalis sed super astra volat.

Pro patria, pro Rege mori, ac pro lege decorum est.

Hinc illis vita mors preciosa magis.

Hos habuit socios tua Dux victoria fidos,

His poteras orbis subdere sceptrum tibi.

Inde tuos illis debes Alphonse triumphos.

Debent immo tibi tempus in omne suos.

Victores fieri nam te didicere magistro.

Nomine tum celebres sunt super astra tuo.

In freta dum vario decurrent flumina lapsu.

Herbae dum flores, gramina terra feret.

Fulgida dum nitidum lustrarint sidera olympum.

Parrhasidos fuerit dum comes Arctophylax.

Inclita virtutis praeclearae haec fama manebit,

Et tibi perpetuae gloria laudis erit.

HOS HABUIT socios tua Dux victoria. Enumeratis illustriū notioribus. quoniam hoc opus in laudem Excellentissimi, in uictissimiq; Alphōsi Segobriae Ducis, omniumq; militū cœptū fuerat, in eorundem finiretur elogiū: sed maxime incliti ipsius Ducis in gloriam, consentaneū fuit. Quae licet cōmunis omniū fuerit, singularis tamen vni adscribitur ipsi Duci. Nec plausibili quidē opinioe, pleno sed merito: nec dignitatis ratione, sed factis. Quae adeo omnibus fuere conspicua, vt principibus omnibus regie, inuictissimæq; magnanimitatis immortalisq; erga Cæsarem fidelitatis, immortale in exemplar perennent. Quare omniū victorū gloria iure vni ipsi Alphōso Duci adscribitur, velut primæ præcipuaeq; victorie causæ, atq; auctori. Atq; ideo laudē eius in æternū duraturam adfirmat, quū dicit. In freta dum vario. Parrhasidos, id est, Calistus filiae Lychaonis regis Arcadiae, quae vbi Ioui Arcadē peperit, à Iunone cōuersa in vrsam, à Ioue tandē pariter cū filio in ea cōuersa fuit astra, quae vrsa maior ipsa dicitur, & filius minor. Suntq; ea astra quae polū Arcticiū depingunt. itaq; vrsa Latino sermone dicitur. Vnde polus borealis Arcticus adpellatur. De quo Cicero lib. 2. de natu. deorum, ait. Hunc circum Arctoa:

Arctos.

Arcticus po-

lus.

E 2 duae

## APOLOGIA,

- Elice.** duæ feruntur nunquam occidentes. Ex his autem maior Elice dicta est ab oppido quodam Achæorū in Peloponessio, vt ait Iginus Astro-  
**Plaustrum.** nomicus, eo libello quem de astris ædedit, deq; figuris astrorum, quia illo oppido Calisto nata fuerit. Est autē Elice quæ vrsa est maior, astrū illud stellarū septem, quod plaustrum dicitur. Altera vero vrsa, quæ dicitur minor, Arcas fuisse creditur, à Ioue parente suo in illud astrū  
**Cynosura.** cōuersus, quod & Cynosura dicitur, vulgò dicta est aglonaris buccina stellarū etiā septē. Quarū duæ priores designāt manus, reliquæ vrsæ corpus, vltima, quæ lucidior, extrēmū caudæ, quam Aquilonē vulgus adpellat. Totum igitur astrum Cynosura, Bootes dicitur atq; Arctophylax, id est, vrsæ custos. ἀρκ]ϕ vt dictum est vrsa, & φυλάξ custos à Græcis dicitur. Quòd autem idem sit Bootes atq; Arctophylax, probat. T. Claudius Cæsar in Arati phœnomia, è Græco vertens. Tardus in occasu sequitur sua plaustra Bootes. Id tamen hoc loco dissimulare nolim, Cynosuram archadem esse Calistus, ob similitudinē à nōnullis creditam, negari ab Iginio post Aglaſthenem, qui Naxica scripsit: sed vnā esse de Iouis nutricibus ex nymphis Idæis, à Ioue (vt poëtæ aiunt) nutricatus beneficio in illud conuersam astrum. Quo modo autem Calisto, quæ Parrhæsis dicta est, in vrsam sit conuersa. Pelignus secundo cecinit Metamorphosios. Calisto autem dicta est Parrhæsis, à Parrhæsia ciuitate Arcadię, quæ etiā ante Arcadē Parrhæsia dicebatur. Ipsam itaq; Arcas de suo nomine Arcadium adpellauit.
- Bootes.**  
**Arctophylax.**  
**Cynosuram Archadē esse Iginus negat.**  
**Parrhæsis.**  
**Parrhæsia.**  
**Arcadia.**

EXCELLENTISSIMO INVICTISSIMO-  
 QUE PRINCIPI DOMINO ALPHONSO  
 Aragoneo, regio Segobriæ Duci. Ioannes Ba-  
 ptista Agnesius Sacerdos, & theoso-  
 phus Valentinas.

**H**anc elegiā apologeticā pro equitibus in Valentinus germa-  
 nos Excellentis. Princeps in perpetuū laudis tuæ elogiū, Præ-  
 cello Parenti tuo dicatā, Nublis Oliuæ Comitæ oppido olim  
 ædideram, mense Octobrio. Anni. 1521. natalis domini. Quam quū  
 semel legissem Illustri tuo Francisco nūc Oliuæ Comiti, tunc quidem  
 puerulo. Qui inuidiosa factorum tuorū perccepta fama (quum iam  
 tunc tibi addictus, factus esset maximus virtutis tuæ æmulator) me  
 persepe rogauit, vt eandem elegiam in lucem emitterem: nec gloriam  
 tanti Principis inuidus absconderem. Atque ita probris persepe sti-  
 mulos addidit, vel pusillanimitatis, vel certe inuidiæ. qui quasi aperte  
 inuiderem laudi, non quidem meæ, sed tuæ. At ego nō inscius tui præ-  
 diuitis meriti, tenuisq; meæ supellectilis cōscius, quoties ille improbus  
 impulit, toties pedē timidus retuli. Tanti nam tua semper faci, vt certē  
 viderer



viderer mihi meo me opere laudes tuas non tam illustrasse, quam decerpisse. Tandem ille, vt est arctiore tibi amoris connexus nodo, fœlici sorori Excellentissimæ coniugis tuæ copulatus connubio, atque ideo tibi adfufius addictissimus, nolens laudes tuas apud me interire, tandem improbitate, vel certè amore vicit. Parui, iussu obiui, fœci, vt & filii tui, posteriq; tuæ virtutis æmulum exemplum habeant. Et ego vti fidissimus patriæ meæ seruatori, atq; liberatori, præcelso parenti tuo, tibiq; fidelitatis debitum videar persoluisse. Titulum tamē, & nomen cui dicaueram non mutauit. Nam licet regius parens tuus fato functus fuerit: mihi, mundoque augustis immortalis meritis viuit, ac semper inclytus fama viuet. Tu autem obiter inclytissime Princeps regio, quo effulges, animo, Baptistæ tui non opus, sed votum suscipies. Immò tanquam tui Oliuæ Comitæ munus amanter excipies. Nanque obsequium, eius est potius, non qui præstat, sed qui vi extorsit. Diu, militiæ magister & vertex, fœlicissime vale. Valentia. 9. Aprillis. 1542.

FRANCISCVS OLIVÆ COMES BAPTISTAE SVO, PRO APOLOGETICO AEDITO quondam in laudem Illustriss. Domini Rhoderici Zeneti Marchionis, iugulato Vincentio Peres.

**Q**uod scelus hoc Baptista tuum, dignumq; flagellis?  
 Inuidiæ ne lues? desidiæve? refer.  
 Alphonfi abscondisse mei præclara potentis  
 Facta satis fuerat, carmine digna senis.  
 Magnanimi cælsas Rhoderici abscondere laudes  
 Quid iuuat? indignum fortè ne laude facis?  
 Laudauit dices. non æqua at laude, tacebis?  
 Laudandus nullis ergo erat ille modis.  
 Non satis alto loqui hunc laudasset musa Maronis.  
 Elinguis meritis huius Homerus erit.  
 Laudasti, laudasse iuuet. frustra ergo tyranno  
 Huic victo laudes concinuisse fuit?  
 Mentis nescis quod sim addictissimus vni?  
 Mitte illi, obsequio si cupis esse mihi.  
 Te debere mihi fidei permulta profaris.  
 Mentis, debes quæ mihi, pende meæ.

## A P O L O G I A,

Quòd si doctiloquæ malè culta vereris Athenæ  
Mittere. causa isthæc est tibi diffugii.  
Cedo libens: sed opus non despuet illa, fidemq̃.  
Nam solet Aoniis docta fauere suis.

Oliuæ. 9. calend. Maii. 1542.

AD EXCELLENTISS. DOMINAM MENTIAM  
Calabriæ Ducem, vnicum virtutum, atq̃ musarum specimen.  
Ioan. Bap. Agnesii Sacerdotis, ac theosophi Valentinatis.

**I**nclyta Magnanimi tibi me, si facta parentis  
Non deinxissent Celsa virago tui.  
Certè addixisset virtus, virtutis amantem,  
Pieridesq̃ tuæ me sine fine tibi.

Ignibus atq̃ igneis stimulos calcaribus addens.

Me tibi dux totum vinxit vbiq̃ tuus.

Ignis suo flammâq̃ meas Comes auxit Oliuæ,

Qui te, qui dotes tollit vbiq̃ tuas.

Ecquis virtutes toto non pectore amabit?

Non Mentia tuas Castalidasq̃ colat?

Non tua dona colo, Comitibus ditatus Oliuæ

Donis. nullius muneris indigeo.

Virtutes Mentia tuas, cultasq̃ camœnas

Amplector, miror, diligo, adoro, cano.

Iussis hinc nuper Comitibus compulsus Oliuæ.

(Vidit vbi libris scripta vetusta meis.)

Mitto tibi laudum Rhoderico rustica quondam

AEdita victori carmina dicta tuo.

Quem si non parili laudavi carmine (laudem

Vicit) laudavi sed tamen, vt potui.

Laudavi, laudes cœlavi hucusque, vel vni

Seruavi forsan filia iure tibi.

Mitto tibi, non vt laudes Mentia Poëtam,

Sed fidam excipias vt bene grata fidem.

Ista tuo debes Comiti vernantis Oliuæ,

Extorsit numeris nam tuus ille suis.

AD IL.

# AD ILLVSTRIS

SIMVM MAGNANIMVMQVE DOMI. RHODERICVM MENDOCIVM, OLIM ZENETI MARCHIONEM, congratulatorium apologeticon, pro equitibus, optimisq; ciuibus Valentinis, Aeditū per eundem Ioan. Bap. Agne. sacerdotem, ac theosophum Valeñ. Olim deuicto, interemptoq; Vincentio Peres, impio germanæ tyrannidis duce.



Am cecidit Babylon, geminam iam lucifer arcton

Implumis voluit qui superare, iacet.

Ecce tuus genitor luget miser Icare casus,

En natum Climene mœret amara suum.

Sic Phaëtoniadum germani turba miselli

Tristibus hei lachrymis implet amica rogos.

Sic quoq; natorum malè fausta Valentia triste

Lugubris excidium, dira q; fata dolet.

Prædones lugent, reprobi, lugentq; scelesti.

Flet patricidas turba cruenta suos.

Exultant contra ciues, equitesq; fideles,

Exultat populi fida caterua pii.

Gaudet inops, diuesq; simul, plauditq; pusillus

Cum magno, adplaudit vir, puer, atq; senex.

Sacrifici grates, resona summoq; diales

Voce Deo laudum carmina læta canunt.

Vrbs est nostra valens duris erepta catastis.

Vrbs libertati est reddita nostra suæ.

Prædonum est erepta manu, crudiq; tyranni

E duro nostra est eruta vita iugo.

Inuicta victus dextra Vincentius ille

Perfidus occubuit, Marchio magne tua.

Perculit Herculei Samsonis dextra leonem.

Hydra iacet Cadmi dilacerata manu.

Alcidæ Cacus Charchesius atq; triformis

Zeneti stratus sub pede nonne iacet?

E 4      Consule

## A P O L O G I A,

Consule te Rhoderice ruit Catilina cruentus.  
 Consilio tuta est patria nostra tuo.  
 Extincta est germana tua virtute procella.  
 Extincta est dextra saeva Megæra tua.  
 Omnis abiuit hyems, imberq; recessit, atroxq;  
 Mars cecidit, victrix paxq; beata redit.  
 Marchio magnanimus victa Rhodericus Erynnæ  
 Restituit nobis nos, patriamq; pater.  
 Principis Enrici sapienti adiutus vbiq;  
 Consilio, inuictæ pectore magnanimus,  
 Inter Geryones urbem, Cacosq; cruentos,  
 Quanti est seruasti quod pater incolumem?  
 Vni debemus tibi, nostram, vrbisq; salutem.  
 Debemus vitam, cunctaq; nostra tibi.  
 Nam nisi seruasses, vrbs, sacraq; delubra flammis  
 Non absumpta semel, cuncta fauilla forent.  
 Consilio quanto, quanto vitæq; periculo,  
 Seruasti sapiens. omnibus ecce palam est.  
 At seruasse parum est. ipso eripuisse tyranno,  
 Factis est reliquis nonne, age, maius opus?  
 Extræmo impavidum mirum est vidisse periculo.  
 Nanque mori potuit: sed timuisse nihil.  
 Pectus magnanimum nullus timor occupat. ipsa  
 Horrida nec terret mors, manet impavidum.  
 Omni se ostendit Rhodericus vbique periculo,  
 Maiorem, inuictus visus vbique fuit.  
 Ignea rapta via eripiens tormenta Sagunthi,  
 Prædonum è manibus, pectore quantus erat?  
 Hostiles quoties vrbis placare tumultus.  
 Sedare incensas nouit & ille faces.  
 Quantum consilio dirum contra ille tyrannum,  
 Quantum animo valuit deniq; nonne patet?  
 Fidis magnanimus comitatus ciuibus hostem  
 Inuasit, fudit, vicit: & enecuit.  
 Sic vrbs est illo tranquillæ reddita paci.

Tormenta  
 ignea è ger-  
 manis eri-  
 puit Mar-  
 chio via Sa-  
 gunthi.

Idè Vincen-  
 tiū Peres vi-  
 cit & intere-  
 mit.

Prædo

Prædonum à duro est libera facta iugo.  
 Cynthus vt nebulas radiis expellit opacas  
 Et fugiunt borea nubila flante procul.  
 Nec mora sic strato germana procella tyranno  
 Effugit trepido te Rhoderice gradu.  
 Atq; vtinam non hinc refugas, falsum impia opertum  
 Regem excæpisset Setabis ipsa suum.  
 Non Alzira suos, Algemiziraq; nec trux  
 Setabis heu cesos fleret amara fatos.  
 Fleret amara suos nec adusta Olearia natos,  
 Belluti fleres nec miseranda tuos.  
 Nec cecidisset eques iuris doctissimus, heu heu  
 Pontius occisus Setabis ante fores.  
 Heu heu quot damna hinc, quot prædæ, quot mala vtrinq;  
 Quot cædes? quanta hinc turba in auerna ruit?  
 At Buriazoti vt cecidit rex falsus opertus  
 Hæreseos pœnas & dedit ille suæ.  
 Auri munificus, biscentos Marchio nummos  
 Nanque occifori pollicitus fuerat.  
 Eruit à quanto nos tunc pater ipse periclo.  
 Nocte illa vrbs hosti præda futura fuit.  
 Marchio defendit, crudelem munere vt hostem  
 Occidit, ciues eripuitq; suos.

Pseudorex  
 opertus Mar  
 chione agen  
 te necatur.

SECUNDA PARS PRO EQVITIBVS,  
 IN FACTIOSOS GERMANOS.

**Q**uid stimulo prodest nudum germana dedisse  
 Sic ruitura pedem? victa misella iaces.  
 Multorum imperium quereris, moresq; superbos,  
 Et tua præduro faucia colla iugo.  
 Haud ibo infitias equitum plærosq; probrosis  
 Moribus à proavis degenerasse suis.  
 Maxima pars quorum plæbeio sanguine nati  
 Diuitiis empta nobilitate, tument,

E 5 Pars

## A P O L O G I A ,

Pars alia est quorum non ausim dicere laudes.  
 Orbis quos peperit mœcha Ericyna malo.  
 Qui patribus quum sint dubiis, furtiua parentum  
 Nomina iactantes, cuncta licere putant.  
 Paucorum at crimen cœtum quid vertis in omnem?  
 Spectandus meritis est tibi quisq; suis.  
 Non paribus rutilant cœlestia lumina flammis,  
 Non vna currunt Phœbus, & astra via.  
 Non vna est rerum species, non temporis vnus  
 Est modus. estq; hominum ne vna eadem facies.  
 Praui nil superis, Erebi bona nulla sub vmbriis.  
 Est reliquum mundo sint mala mista bonis.  
 Bisfenos inter docuit quos Christus alumnos  
 Delectos, an non pessimus vnus erat?  
 Quid mirum, si militiæ de stirpe scelestus  
 Est aliquis? multi nobilitate nitent.  
 Multos vt taceam, quorum me copia vincit.  
 Est quorum virtus carmine digna Lini.  
 Cui tua terrarum non regia cognita virtus  
 Magne Alphonse decus, gloria, luxq; Ducum?  
 Nec viuarigenum integritas tibi auita tuorum  
 Defuit, Hesperia: lux Rhoderice tuæ.  
 Et tua te Comite est ter Consentania fœlix  
 Prima Corellarum lux, patriæq; decus.  
 Nec procul est meritò, cui Albaida fidefraga seruit  
 Clara Milanorum lampas & ipse Comes.  
 Nec tua magnarum recinam præconia laudum  
 Petre o Maza, vetus nobilitatis honos.  
 Exuperat vires meritorum summa tuorum.  
 Et grandi è cumulo est pauca referre, pudor.  
 Prætereo Alphonsum clarum Cardonia virtus  
 Inter primates quem facit esse viros.  
 Inclytus & quo non Lodouicus Carrociorum  
 Primas est laudis dignior elogio?  
 Quid regale canat Dixarum musa? vetustum

Alphōsus Sc  
gobriæ dux

Rhodericus

Zenc. Mar.

Rhodericus

Corell. Con

sentaniæ

Gomes.

Albaidæ Co

mes.

Dominus Pe

trus Maza.

Alphō. Car.

Lod. Carro.

Quæstorpro

uin. Valen.

regni.

Dixars.

Villa

Villaracutorum, Lanzoliumq; genus?	Vilaracuti.
Quid Casteluinos? quid Pardos? quidve Latrones?	Lanzols.
Quid Monpalauos? quid referamve Boues?	Castelui.
Nonne Palomitas præclaros Proxita misit?	Pardi.
Laude Perillosos fama vetusta canit.	Latrones.
Est Pertusarum, Valterrarumq; vetustum	Monpala.
Nomen.& Exarchis gloria multa viris.	Bous. Prox.
Quo celebrem Scribas? Crispinos? quove Aquilonum	Perilosi. Pec-
Eloquio. recinam Pallarumq; genus?	sux. Valter-
Quis non laudabit Marradas? Bilbilitanos?	rani. Exarc.
Puiadasq; & non, hos tacuisse, nefas?	Scriuas. Cris-
Nec tua Balthasar est virtus Masconia certe	spini. Aglo-
Laude indigna omni. nec Lodouice tua est.	Pallars.
Quis meritis recinat Catalanos? Villanouasq;	Marrades.
Quis Granollesios? Sanoguerasq; modis?	Calatayuti.
Omneis Ferrandes laudes hæredia vincit.	Lod.& Bal.
Pegnarroiarum fama perennis erit.	Masconii.
Præteream Mercatores, clarosq; Boilos.	Catalani.
Quorum Argiritæ filius vnus erat.	Villanoux.
Angela cui soror est musarum prima, pudoris	Granollesi.
Exemplar, primus virginitatis honos.	Sanogueres
Finollete tuas canerem, Lodouice tuasq;	Ioã. & Mic.
Ferrari laudes: sed mea curta lyra est.	Ferr. ab Hæ-
Longa mora est graphio reliquum perstringere laudes,	red. Pegna.
Quorum laus tempus multa per omne manet.	Mercatores
Quos inter meritis Aquilarius ille Iacobus	Boili. Ioã. &
Altis, Meonia est dignus vbiq; tuba.	Angela filii
At furor insanus, vulgi furialis Enyo,	domini Ar-
Vnquam quæ nulla fecit ratione regi.	giritæ. Fran-
Cæca equitum damnat cruda nemus omne securi.	cif. Finolet.
Quod vitio virtus prisca abolita iacet.	Lodo. Ferr.
Deliquit quid Gandensis Dux? quid Seraphinus?	Proprætor
Quid Germane mali commercere tibi?	Valentiæ.
Quando hos deseruit virtus germane fidesq;	Iaco. Aguil.
Hos quando pietas liquit, honosq; viros?	Alaquacii
	dominus.
	Pro Illustri
	Gadiæ Du-
	ce, proq; Oli-
	uæ agitur
	Comite.

Cui

## APOLOGIA,

Cui non Gandensis Ducis est venerabile nomen?

No men cui celebre est non Seraphine tuum?

Vos virtutis honos, specimen, morumque magistri

Militiæ, niueum Pieridumque iubar.

Vos cupit omnis homo nigris tam natus in Indis,

Quam satus occiduo climate seruat, amat.

Vobis vna (nefas) quid iniqua Valentia sæuit?

Primus vterque tibi nonne patronus erat?

Tantis pro meritis, furis agitata Megæra

In vos, proh, rabido cæca furore ruit.

Ecquid militiæ malè sana Valentia culmen

Es tam vafanis vertere nisa modis?

Vnde tibi illustris domus est inuisa Craonum?

Borgia quando manus non tibi amica fuit?

Primus honos vnde est? vnde est tibi gloria prima?

Sextus Alexander Borgius enituit.

Et quis Gotthorum genus alto à sanguine Regum?

Reges inuictos magnanimosque dedit?

Et quis Fernandos primum dedit, atque secundum?

Cum fratre Alphonso? Carolus vnde potens?

Quantus honos nobis? quanta hinc io gloria nostris?

Hic Scintillarum splendor ab igne micat.

Primum Fernandum sceptris adduxit Iberis

En Bernardus auus nam Seraphine tuus.

Marte nouo ac populos domuit pro Rege feroces.

Subdidit & Regi regna superba suo.

Magnanimi & quis facta tui Seraphine parentis?

Eius quis recinat clara trophæa modis?

Quantum inuicta huius virtus terræque marique,

Indomitus valuit pectoris atque vigor.

Paciferæ titulo Alphonso testatus Oliuæ est,

Belli cui fuerat fidus ubique comes.

His tu Scintillis ortus Seraphine coruscis,

Vt fidus toto clarus in orbe nites.

Scintillas patrias cinerum latitare sepulchro

Non



Non passus vitio es turpiter atq; mori.  
 Accendis meritis, auges: virtutibus ornas.  
 Illustras musis, moribus atq; piis.  
 Primos sic inter primos heroas haberis.  
 Obseruant omnes te, venerantur, amant.  
 Ergo boni quum sint plures germane scelestis,  
 Debeat innocuus nec mala ferre mali.  
 Percitus infano quare ergo furore Megæræ  
 Contra equites omneis cæcus in arma ruis?

PARS TERTIA, CARPTIM MALA RE-  
 censet, quæ germani patrarunt.

**N** Ec modo iura equitum, multo olim parta cru ore  
 Vsurpas. nummis emeris ipse tuis.  
 Proh facinus, magni sed stemmata celsa prophanø  
 Ausus es Augusti suppeditare pede.  
 Proregem Didacum, quo non præstantior alter  
 Bello nec pace est, perfidus vrbe fugas.  
 Setabis augustam inuadis temerarius arcem.  
 Crispinum interimis, proh, data iniquè fide.  
 Hæc tua palma, acies equitum, infidasq; phalanges  
 Marte quod inuictas, fratre Synone fugas.  
 Gandenseis nudas, vernam popularis Oliuam.  
 Atria deuastas, diruis atq; domos.  
 Das cererem flammis, oleum, fundisq; phalernum,  
 Sacrilega ah spolias phana prophanè manu.  
 Hæc sanctam inclamans Mariam, patr aueris vt nil.  
 Fractis è tumultis impiè quæris opes.  
 Perge, age, ne trepida, vultu quid pallida tristi  
 Formidas? retrahis cur age musa pedem?  
 Mens facinus meminisse tuum Polloppæ cruentum  
 Exhorret, trepidat scribere & ipsa manus.  
 O germanorum virtus, diua vnio, sanctum  
 O sceptrum, o supera dignaq; laude fides.

Quum

## APOLOGIA,

Vincēti Pe  
res infandā  
nota imma-  
nitatem ger  
manorumq;  
apud Polo-  
pum.

Quum Polloppæas armis diffideret arces  
Expugnare tuus dux, validusq; pedes.  
Proh scelus horrendum, pacis das fœdera, sacris  
Inuitos lymphis abluis, inde necas.  
Diro ita sexcenta immanis das corpora læto,  
Prædarum rapida te stimulante fame.  
Incluta virtutis germanæ hæc facta phalangis,  
Magni hæc Hannibalis clara trophæa tui.  
Quis non fœlicem te Augusta Valentia dicat?  
Omnibus & dignam laudibus vsq; ferat?  
Partu vno es talis enixa puerpera fratres,  
Altis qui meritis te super astra beant.  
Quiq; tuam Fabia ditant virtute coronam.  
Teq; implent spoliis, omnibus atq; bonis.  
Antiquis redimunt matris qui colla catastis.  
Vnde equitum excussio es libera facta iugo.  
Scilicet hæc fides parta est tibi gloria natis.  
Hæc ea proueniunt commoda magna tibi.  
Absumptis opibus satura vt de diuite pauper.  
Et pereas tristi subiuga facta fame.  
Vrbes quæ fueras princeps vna inter Iberas.  
Axe sub hesperio stemmate sola nitens.  
Quomodo strata iaces patriis viduata trophæis?  
Cogeris heu victas & dare victa manus?  
Quom regina potens facta est subiecta tributo?  
Quomodo diues opum libera, seruit inops?  
Sic libertatis merito ius perdit, ineptis  
Sceptrum qui meritis vindicat immeritus.  
Suplex iure malis paret, seruitq; superbus,  
Iniuste voluit qui imperitare bonis.  
Iure luis meritas germana insania pœnas.  
Et mala sunt factis præmia digna tuis.  
Qui propriam temerè mensuram excedit ineptus.  
Vires qui supra nititur atq; suas.  
Subsidat par est, retrocedatq; ruatq;

Stultitiæ

Stultitiæ pœnas det licet atq; suæ.  
 An sanum est stimulo nudos dare perfida calces?  
 Ire equites contra, Cæsareasq; manus?  
 Ardens nõnne tibi est ignis Seraphinus Oliuas?  
 Vnde cinis visus? parua fauilla tibi?  
 Hæc tibi, quam diro es molita extinguere flabro.  
 Accendit magnos parua fauilla rogos.  
 Inde tuo incensis consummeris ignibus igne.  
 Hostiles patrias passa misella manus.  
 Quòd non sis absumpta malis (licet infida flammis  
 Consummi fueris dignior vna tuis.)  
 Debes Enrico, Alphonso, debes Rhoderico.  
 Atq; animis equitum tempus in omne piis.  
 Nõnne omneis poterant crudos delere rebelles?  
 Atq; vrbem flammis vertere vindicibus?  
 Aduersas pietate manus sed vincere præstat,  
 Quàm patriæ crudo perdere marte fatos.  
 Hostibus hac Alphonsus enim ratione pepercit.  
 Seruauit, posset perdere quum, miseros.  
 Hacq; retrectauit pugnam ratione cruentam  
 Expertus Prorex non semel, haud pavidus.  
 Quur Pallas dicta est soror, atq; auriga Gradiui?  
 Belli prudentes quòd decet esse duces.  
 Semper enim dubia est belli fortuna, nec vlli  
 Tuta salus, nulli certave palma duci.  
 Vis vbi nulla vrget, pudor est nec cedere pugna.  
 Ad pugnam non est præcipitanda manus.  
 Qui pietate potest, non debet vincere ferro.  
 Parcere nõnne ipso cædere, quàm melius?  
 Nõnne vnum præstat ciuem seruare, cruentus  
 Quàm si hostes dederis deniq; mille neci?  
 Exemplo es post Alphonsi Rhoderice triumphum  
 Proregem patria sub pietate tenens.  
 Sic animos solita superas pietate feroces,  
 Sic iras animo vincis vbiq; tuo.

Quod Valen-  
 tia nõ omni-  
 no perierit,  
 debetur in-  
 clyto Enrico  
 infanti, Inu-  
 erissimo Al-  
 phõso Seg-  
 briæ Duci,  
 atq; magna  
 nimo sapien-  
 tissimoque  
 Rhoderico  
 Zenerio, ani-  
 misq; equitū  
 piis.  
 Cur Pallas  
 dicta est so-  
 ror & auri-  
 ga Martis.  
 In exēplū cle-  
 mentie duci-  
 tur Alphõsus  
 Segõ. Dux,  
 qui in pugna  
 Sagunthina  
 gloriosius vi-  
 cit clemētia  
 q̄ ferro, quod  
 & pari lau-  
 dis elogio  
 Rhodericus  
 Marchio fæ-  
 cit, maxime  
 interempto  
 Vincē. Peres

Hostiles

## APOLOGIA,

Hostiles pietate manus vt vincere clæmens  
 Malis,quàm diro perdere marte ferox.  
 Hostibus è rabidis placidos ita reddis amicos.  
 Regi restituis sic sua regna tuo.  
 Hinc Cæsar Rhoderice tibi.hinc clarissimus heros  
 Se Prorex debet tempus in omne tibi.  
 Principe te indomitos quòd agente subægerit hostes,  
 Cæsarco victor reddideritq; iugo.  
 Dedecore absterfo, instauratos miles honores  
 Exultat.grates gratus amicus habet.  
 Lætali è tabo,crudis erepta tyrannis  
 Se debet meritis patria & ipsa tuis.  
 Perpetuosq; eadem ò Prorex tibi debet honores,  
 Debet se vobis cætus equestris ouans.  
 Debet se atq; suam ciuis,patriæq; salutem.  
 Laudum ac pro meritis munera grata refert.  
 Obtrita est vestro germana superbia ferro,  
 Candida Pax rediit,Marsq; cruentus abit.

FINIS APOLOGIAE.

FRANCISCVS A SCINTILLIS, OLIVAE CO-  
MES, EXCELLENTISSIMO DOMINO FER-  
dinando Aragoneo, Calabriae Duci.

**Q**um Venatorum primates inter Iberos  
Et primus Primas, Duxq; habere Ducum.  
Nil tibi desuetum videatur Maxime Princeps  
Causam tutelae si tibi mitto meam.  
Quin pariterq; tuam. crudo venatio iure  
Interdicta mihi est. nonne eademq; tibi?  
Causa eadem certe est nostrum communis vtriq;  
Dexter ades, parteis vt tueare tuas.  
Est Baptista tuus volucrum defensor. at idem  
Fidus, vt ipse ego sum, tempus in omne tuus.

AD ILLVSTREM DOM. FRANCISCVM SCIN-  
TILLARVM PRIMATEM, OLIVAE COMITEM.

Ioannis Bapti. Agnesii, Sacerdotis, & Thoesophi Valen.  
In venatores, pro auibus, Apologia.



Ira tibi referam dictu Comes optime. mystes  
Et vates, dictis deme, adhibeq; fidem.  
Seria narrabo flamen, commenta poëtes.  
Dulciaq; ex vno fonte, & amara fluent.  
Sum Christi, ac Phœbi vates, iure vnus vtroq;  
Fungar, vt vnà idem veraq; ficta canam.  
Littore soliuagus nuper spaciabar oberrans.  
Qua Sucro exonerans in mare fundit aquas.  
Collis vbi huc heræ nomen manet vsq; vetustum.  
Cui denum ad stadium diruta Lauron abest.  
Quondam vbi Pompeius Sertoria castra subægit.  
Ægite & à victo clara trophæa duce.  
Præceps occiduas Phœbus vergebat ad oras.  
Est vbi flammiumis pascua gramen equis.  
Extemplo fessos torpor grauis occupat artus.  
Furtiuusq; rapit lumina pressa sopor.  
Vnde inquam somnus vigiles obrepit ocellos?

*Collera, Cullera.  
Collis heræ  
id est, Iuno-  
nis. Stauri*

F Illa

## PRO AVIBVS,

Illa gustaram non ego luce tetlym.  
 Quin cræbris Bromio pateris perſæpellitaram,  
 Feruebatq; intra viscera ſarta pater.  
 Stabam vix pedibus, gressu titubante lababam.  
 Cræbra micant media sidera luce mihi.  
 Prospicio quo diffugiam, miser arctor ab vndis.  
 Sucro vna claudit parte, aliaq; salum.  
 Verto fugam ad collem trepidus, ne obuoluerer vnda.  
 Quam tangat, facio dulcius ante mori.  
 Aggere arenarum video palmeta. latebo  
 Hic inquam, rapidis ne obruat æquor aquis.  
 Hic vix porrectum palmis, sopor occupat altus,  
 Nec mora, visa auium plurima turba mihi.  
 Circumstant hinc Perdices. hinc Ortygometra.  
 Ionix volucres. hinc quoq; Pica loquax.  
 Hinc Aquilæ volitant. Vultur circumuolat. adsunt  
 Cum Miluo Morphnos, Fulviaq; ipsa Iouis.  
 His minimis prægrandis adest Percnopterus alis.  
 Huicq; Pigargus adest, Gnesiaq; altiuolax.  
 Accipitrum genus hincq; Triorcha, cruentus atrocis  
 Alaudæq; hostis. Aefalo & ipse vorax.  
 Chalcis, Erodius, & Rex, vnguibus acer aduncis,  
 Qui pugnax aquilas vincere sæpe solet.  
 His nec Circus abest. fuluis nec Galgulus alis.  
 Ardeolæq; aderat Pipo inimicus atrox.  
 Hic Albardeolæ. Mergi. Gaiiæq; Lariq;.  
 Hic Fulicæ, atq; Anates. Anser. & hic Phalarix.  
 Adsunt cum Cinclis Flori. cum Crece Calidres.  
 Bosæ. Penolopes. palmipedumq; Rupex.  
 Nec modo Ficedolæ. Meropes. modo nec Vircones.  
 Infamis Coccyx. pictæ aderantq; Epopes.  
 Quin aderat Vinago. Columbi, aderantq; Palumbes.  
 Scisuræ. Spini. Luteolæ, atq; Pari.  
 Fringillæq; aderant. altrix Curuca Cuculi.  
 Cum Philomela aderat peruaga Hirundo soror.

Quid

Quid moror innumeras auium numerare phalanges?

Hic Nocturnarum deniq; nulla aberat.

Lesbia Nyctimene, nec Aluco. Cicunia. Bubo.

Non aurita Asio, cui quoq; nomen Otis.

Ante omneis sed erat bene grata Ciconia. pennis

Albus Olor niueis. longus & ordo Gruum.

Communi hinc Coruo pro causa vbi copia fandi

Est data. quod reliquis doctior vnus erat.

Accedens propius me motis excitat alis.

Atque animo pavidum me iubet esse bono.

Ne timeas Baptista, inquit, non adsumus hostes

Huc tibi. te adflctis scimus adesse patrem.

Tu nocuus nulli, clæmens quin vnus amico

Suppetias miseris pectore ferre soles.

Hac spe omnes ad te velut ad pietatis asylum

Confugimus. miseras excipe nos opifex.

Heu desolatas nos excipe tutor inermes.

Defende innocuas nos pater ecce tuas.

Quid nos imbelles omni sine crimine Oliuas

Heu Comes ille tuus Marte cruentus agit?

Impetit ignitis nos heu heu glandibus atrox.

Deturbat telis. transadigit iaculis.

Primas ille Ducum Calaber Fernandus ab altis

Inclyrus Aufoniis Regibus ortus auis.

Regius & multis prædignus vbiq; coronis.

Virtutum exemplar, Pieridumq; pater.

Insequitur quanquam crebro nos Marte. sed æquo,

Nec nos tormentis, missilibusq; premit.

Nanq; auibus depugnat aues. nec scuit in omneis.

In nos bella pius nec diuturna gerit.

Circis Ardeolas. Miluos Stellaribus vrget.

Vixq; Galeritas illi Haliætus agit.

Non curæ est Fringilla illi, non ipse tyrannus.

Hunc Crex non hostem, nec Cataracta timet.

Tuta Rubetra illi est, Rubicilla immunis vbiq; est.

## PRO AVIBVS, V. 13

Gallinago rubis absq; pauore latet.  
 Summates imis, minimis fauire tyrannos,  
 Fortes imbelles lædere, nõne nefas?  
 Magnates inter Magnus quur ergo pusillas.  
 Quur imbecilles persequiturq; potens?  
 Quid malè commeruimus? quid deliquimus illi?  
 Patratum à nobis dicito quod scelus est?  
 Cui nocuẽ sumus? aut hominũ quem læsimus vnquam?  
 Cui sua surripimus? cui noceamus abest.  
 Non odium contra quenquam exercemus atroces.  
 Prælia sunt nobis nõne aliena procul?  
 Non vrbes oppugnamus, non oppida bombis  
 Diruimus, prædas, non agimusve neces.  
 Pacis cultrices omnes sumus, vsq; feraces  
 Agros, annonam frugiferam cupimus.  
 Neue graues hominum cuiquam sumus. auia saxa,  
 Tectaq; pars, agros, pars quoq; stagna colit.  
 Istis pisciculi. grana illis. glis, & acetæ his.  
 Sorex his. extæ sunt cibus atq; mihi.  
 Quod si Perdices Aquilæ, Planci si Anatesq;  
 Prædantur, comedunt si fata grana grues.  
 Nobis, ac vobis Deus hæc communia magnus  
 Condidit. vsurpat quur homo cuncta rapax?  
 Condita cuncta homini dices, at non ad abusum.  
 Vtaris rebus, crimen abusus habet.  
 Condita cuncta homini sunt subdita, subditus vni  
 Si permansisset tempus in omne Deo.  
 Ille iugo plastræ subtraxit colla, rebellis  
 Subtraxere hominis se omnia iure iugo.  
 Plasma perire suum plastes non fuit, ad vsum  
 Illi concessit pabula iusta pius.  
 Hinc homini rerum conceditur vsus. abusus  
 Est interdictus lege vetante Dei.  
 AEquo quod plus est vsu, laudabile non est.  
 Quod superest, vitio nam datur atque probro.

Omnia



Omnia non damno, vitæ quòd iure necessum est.  
 Cuiq; ego permittam. cætera damno libens.  
 Piscibus vt pisces. volucres sunt vtq; volucrum,  
 Vtq; feræ esca feris, omnia sic homini.  
 Non sed ad ingluuiem, turpem concessãve luxum,  
 Quin iusto ad victum pondere cuiq; suum.  
 Vnde homines igitur rationis lege reiecta,  
 Natura est clæmens, mens quibus atq; animus.  
 Pro sæua ingluuie, pro deliciisq; cruenti  
 Ah pecudum cædes, atq; auium sitiunt?  
 Quod si permittam crudis lanionibus vltro,  
 Sunt qui extræmorum fex, & amurca hominum.  
 Quir hæc insignis tabes corrumpit iniqua.  
 Natiuus quorum est nobilitatis amor?  
 Certè nobilium prima est clæmentia virtus,  
 Qua parcunt nocuis, hostibus atq; suis.  
 Sæuire innocuis nil se lædentibus, hoc ne  
 Extræmum facies impietatis opus?  
 Parcere si nocuis, atq; hostibus inclyta laus est,  
 Infandum infantes nõne necare nefas?  
 Crudele est hostem iugules si percitus ira.  
 Absq; ira innocuas quid lacerare putas?  
 En sumus imbelles, quenquam nec lædimus hostes.  
 Hostes persequitur quid tuus ergo Comes?  
 Indomitum belli fulmen. lux prima Craonum.  
 Scintillarigenum viuaq; imago patrum.  
 Pectore cui inuictõ pietas, clæmentia, cuiq;  
 Natiua est virtus omnis, & omne bonum.  
 Ingenio, qui animis, cultis qui deniq; musis.  
 Vt sol prærutilat, sed pietate magis.  
 Comis, munificus, miseros qui mitis in omneis.  
 Parcit deuictus qui pietate reis.  
 Ecquis in infanteis rabidas exciuit in iras?  
 Crudeleis hostes faxit vt ille suas?  
 Quiq; rei miseret pius. in nos crudus inermes

## PRO AVIBVS.

Sauiet: illaesus proli laniabit atrox?  
 Nec quadrageni ieiunia temporis obstant,  
 Néve dies fasti, quin fera bella gerat.  
 Cui si occassemus natos, si vtrunq; parentem,  
 Num vindex posset crudior esse: nihil.  
 Nam modo nos iaculis, tento modo nos petit arcu.  
 Vulcani & miseras fulmine dilacerat.  
 Heu miseri nuper collum truncauit Oloris  
 Glande. grues quoties sic laniauit atrox.  
 Quas non ille Aquilas? non Barbatasq; peræmit?  
 Quot dedit heu Brenthos, Mollicipesq; neci?  
 Non harpis, non Cypsellis, non ille canoris  
 Parcit Lusiniis, Carduelisq; ferox.  
 Gracculus & quoties transacta Monedula telo.  
 Quot Tringæ fato sic periere pari?  
 Longa mihi nimis est querimonia, singula cruda  
 Illius si in nos dicere facta velim.  
 Quoq; magis doleas Gandensem vertit in hostem  
 Ille Ducem, nobis prælia dura gerit.  
 Agnum, proli, mitem, crudum immanemq; leonem  
 In nos effacit, cæde paremque sibi.  
 Nobilitate pari illustres, illustribus æque  
 Moribus, æque vnum quos facit vnus amor.  
 In nos heu studium sic vnum iunxit vtrunq;  
 Nobis vt dicas impietate pares.  
 Num Ducis ignita non glande Ciconia nuper  
 Traiecto heu petiit pectore ab arce solum?  
 Atq; hinc quid reliquum credis fore? crudior in nos  
 Inq; dies miseras fiet, atroxq; magis.  
 Serior accipitrum emissus. Pellam ille frequenter  
 Ocyus, Asteriamq;, Ardeolamq; rapit.  
 Virtutem, aut vitium sequitur feruentius ille,  
 Cæpit qui gelidus, tardius atq; sequi.  
 Borgius hinc Dux est tam formidabilis vnus  
 Iam nobis hostis, quàm Comes ipse tuus.

Cæpit

Cæpit nam fero nos Marte laceffere crudo,  
 Crudior impetere definet haud citius.  
 In feni inducias toties dant hoſtibus hoſtes,  
 Atq; incunt læſi fœdus amicitia.  
 Sæuict & ſemper nobis Mars? ſemper anhelus  
 Ah noſtram fitiet ſæuus vterq; necem?  
 Ergo Comes quoniam tuus eſt Baptiſta patronus.  
 Illius & myſtes tu, pater, atq; cliens.  
 Prænarrata illi memora, certè ille benigna  
 Suſcipiet quicquid dixeris aure pius.  
 Paciferae quurnam Comes ille eſt dictus Oliuæ.  
 In miſeros crudo pectore ſi uſq; furit?  
 Vel pacis titulos mittat, vel fiat Athenæ  
 Cultor, quod non eſt, quur age nomen habet?  
 Innocuis miſeris pacem concedat, amicum  
 Gandentem nobis reſtituatq; Ducem.  
 Si ſæuire cupit pugnax, ac crudus vterq;  
 Sæuiat in Turcas hoſtis vterq; feros.  
 Pacificis nam pacificos decet eſſe potentes.  
 In duros duri ſint licet atq; truces.  
 Deniq; compellunt Chriſti ieiunia lege  
 Cædibus abſtineant, omnibus atq; malis.  
 Et venatores prohibent percurrere ſaltus,  
 Inferre alitibus prælia, bella feris.  
 Chriſti quur fidus miles non ſeruet amicus,  
 Obſeruant etiam quæ pia iuſſa mali?  
 Parcere deliciis tempus, multoq; piacula  
 Diluere ac fletu turpia facta licet.  
 Innocuis ergo alitibus Comes optime parce,  
 Coruus pro alitibus præcipit iſta precer.  
 Iuſta quidem poſcit, iuſtam quoq; poſtulo pacem.  
 Exaudire pium te quoq; iuſta decet.  
 Fœdera ſi pacis refugis concedere bellax,  
 Inducias ſaltem iure negare nequis.  
 Et mihi parce, pia victus pietate rogauî.

## PRO AVIBVS,

Myſtes, ac vates veraꝫ, ficta tuli.  
 Quòd mihi & alitibus clæmenti pectore parces,  
 Virtus concipiam ſpem tua celfa, facit.  
 Hac quoꝫ ſpe volucrum cætus abiere, remanſit  
 Mecum in me coruus garrulus. ergo vale.

FRANCISCVS A SCINTILLIS OLIVAE CO-  
 MES OBSERVANDO SVO IOAN. BAP. AGNE.  
 Pro venatoribus, contra alites.

**A** Miti mitis quum ſis Agneſius Agne,  
 Caſtis & caſtus moribus Agnus ades.  
 Indomitas quur manſuetus, clæmensꝫ cruentas  
 Demiror rapidas quur tuearis aues?  
 Nõnne agnos aquilæ rapiunt perſæpe, vorantꝫ?  
 Quæ pietas hoſtes vt tueare tuos?  
 Atꝫ hoſtes contra fidos tuearis amicos.  
 Quænam iuſta hominum dic age ſcita iubent?  
 Quin mandant nocui è medio tollantur vbiꝫ,  
 Quos leges damnant, ergo tuere pius?  
 I am rabidos defende lupos, vulpesꝫ rapaces.  
 Viuat ſub clypeo prædo, homicida tuo.  
 I uſta ergo in nocuos legumꝫ eſt pœna cruentos.  
 Hoc, quando in clammans concionare, iubes.  
 Nõnne bonos lædit, nocuis qui parcet iniquus?  
 Parce malis. tutum nil erit inde bonis.  
 Ergo nos contra volucrum tutela tuarum  
 Eſt tua, iuſtitia diſſona, iniqua nimis.  
 Plecendi ſunt iure mali, tollenda ſceleſtum  
 Pernicies, vt ſit vita quieta probis.  
 Qui mala quæ emendare poteſt non corrigit, ipſe  
 Committit, reprobos qui fouet, ille facit.  
 Atꝫ malos qui tutatur, fauet atque ſceleſtis.  
 Illorum Chriſto crimina nõnne luet?  
 Parce igitur volucrum crudam defendere cauſam.  
 Viuere faſꝫ bonos, faſꝫ perire malos.

IOAN,

IOAN. BAP. AGNES. ILLVSTRI DOMINO

suo Francisco Oliuæ Comiti.

**M** Artis militiæ Comitem quis dixit Oliuæ  
 Tantum? & non Phœbi, Pieridumq; Ducem?  
 Militia dubium, qua nam sit maior Athenæ,  
 An Martis, pugna vincit vtraq; pugil.  
 Sed me nil vincis, Phœbi etsi Martius armis  
 Deterres, causa est nam mea iusta quidem.  
 Liberâ vbi ratio nulla est, rationis & vsus.  
 Nullum noxæ auibus crimen inesse potest.  
 Natiuo impulsu carpunt sua pabula. & inde  
 Non rapiunt, capiunt sed sua iure suo.  
 Qui sua, non aliena capit, non peccat, iniquè  
 Ergo damnatur turba misella auium.  
 Quod si aquilis hædi, mites raptantur & agni,  
 Quir aquilis non est sæuior vnus homo?  
 Cuius ad ingluuiem tellus desudat, & aër?  
 Cuius sufficiunt æquora nulla gulæ?  
 Quod si aquilæ rapiunt agnos. quid sæuius Olores  
 Interimis? globulis transadigisq; grues?  
 Hinc nil terreres inuictum, ni impius esses  
 Nemrotus Cephalo par, ego mite pecus.  
 Quid paueat xylon crudi nisi fulgura Martis?  
 Sum tibi gossipium, tu mihi fulmen ades.  
 Sum tibi mite animal, trux tu venator atroxq;  
 Inde tua timco fulmina missa manu.  
 Ingenio tamen adplaudo, cultisq; Camœnis.  
 Me qui te docui, nonne docere potes?  
 Rectè actum sed erit. clæmens tua dicta sequare  
 Si iustus, parcas dum tamen innocuis.  
 In fontes, fontesq; pari non iure grauantur,  
 Hinc rectè facies, si omnibus æquus ades.  
 Iustus enim rerum permittitur omnibus vsus.  
 Iniustus vitio semper abusus erit.  
 Ast auium quoniam non omnia nomina dicis

## PRO AVIBVS,

Nota tibi, scholio me ipsa aperire iubes.  
 Quæris Erodium vt doceam sit ne Ardea Gazæ,  
 Vel Fulica, vt cuidam sic placuisse refers.  
 Rem petis haud facilem, saltem mihi, quam nisi fallor,  
 Nec plenè attigerit Plynium ipse satis.  
 Plurima græca quidem sunt paucis cognita Graiis,  
 Quæ nil sunt nostris, vel malè nota sophis.  
 Ergo tuis quoniam iussis parere coarctor,  
 Paucis sub verbis quæ mihi visa feram.

EIVSDEM IOAN. BAPTI. AGNESII SCHOLIA IN EAS AVES, QUAE IN PRAECEDENTE opere describuntur, ad eundem Dominum Franciscum à Scintillis Illust. Olinæ Comit. cultiss. Musarum patronum.

**R**em tuo iussu adgredior spectatissime Comes, non tam facilem quam difficilem, usque adeoque difficilem, vt doctissimos, diligentissimosque omnium authorum, in multis vel ambiguos fecerit, aut certe sibi diuersos, vt Aristotelem & Plynium, In Otide, Vlula & Afione. Atque diuum magnumque Hieronymum, Augustinum, & Cassiodorum in Erodione. Quum vt idem diuus Hieronymus in Zachariae cap. 5. ait, hebraicum Hasida, Hebraei interpretati sunt Miluum. Septuaginta vpupam. Aquila, Symmachus, & Theodotio, ἰρωδιον. Erodium autem diuus Augustinus in Psal. 103 interpretatus est Fulicam, Quem sequutus est Cassiodorus in eodem. Quum diuus pater patrum Hieronymus, Erodium in eodem Psalmo regem auium indicare videatur. Non tamen qui rubetis incurssit Senator, Trochilus, & Regulus dictus, vt suo loco dicitur fusius. Verum vt idem diuus Hieronymus ait, qui aquilam vincit & comedit. In Zacharia tamen Pellam ex Ardeolarum esse genere Erodium putat. Quoniam eam Aristoteles atque Plynium cum aquila pugnare dicant. Sed quorsum hæc tam longo deducta prologio? Scilicet, vt si cui in hac mea lectione dubius mihi, vel certe aliquibus authoribus in nonnullis contrarius visus fuero, temeritatis non arguar. Quum hanc prouinciam inanis gloriolæ cupiditate raptus mihi non arrogauerim. Sed quidem solo studio veritatis addiscendæ. Vt, quoniã ante annos plurimos, de floribus multa in horto natiuitatis virginis, cecini, deque gemmis æquè multa, in triumpho assumptionis eiusdem. Demum nonnihil de alitibus isto opello studiosis, vt multa lectione collegi, narrarem. Quare beneuolum Lectorem obsecro, ne statim sententiã suam præcipitet, damnandumque actutum putet, quod sibi non placuerit. Sed maturus, tranquillo animo

animo scripta nostra discutiat, atq; singula cum scriptis grauium authorum solerter conferat. Cui si tandem labor meus minus placuerit, saltem (nisi ἀδίδακτοῦ omnino, atq; ἀμυσοῦ fuerit) studium displicere non poterit. Cui grauisimos atq; sanctissimos Christianæ religionis doctores desudasse non puduit.

Circumstant hinc perdices. Perdix omnibus est notissima auis. Di-  
 cta est Palladis, quoniam Perdix Dedali ex sorore nepos ingeniosus, Perdix.  
 è turri inuidia ab ipso præcipitatus Dedalo. atq; à Pallade in auem sui  
 nominis conuersus, quoniam ferræ & circini inuentor fuerit. Author Ortygome.  
 est Naso. 8. Methamor. Ortygometra. Coturnicum dux à Ply-  
 nio dicta est lib. 10. natur. histo. cap. 23. Coturnix Græcè ἔρτυξ. Eo-  
 dem authore damnatur mensis, quoniam venēni vescitur semine, &  
 morbo laborat comitali. Ionia volucris. Ea est Attagen, vt à Attagen.  
 Martial. in distichis. Cuius primam longat, quoniam à Græcis cum  
 duplici. t. scribitur, ἀτταγίρ. Vnde & diuus Hieronymus attagen  
 protulit. Pica, & Picus, dicitur & Martius à nonnullis. Pica no-  
 tissima est, à nostris Valentinis vulgò Blanca est dicta. De vtracq; scri-  
 psere, Aristoteles lib. 8. de natur. animal. cap. 3. Et Plyn. 10. cap. 18. Pica.  
 Sipontinus Picum palumbi esse magnitudine dicit, alis vario distin-  
 ctis colore, præcipuè caruleo, verba humana imitantem. Qua qui-  
 dem descriptiōe satis aperte patet eam esse auem, quam nostri Gaium Gayo.  
 vulgò dicunt.  
 Hinc aquilæ volitant. Plura aquilarū genera numerantur ab Ari-  
 stotele. 9. de natur. animal. 32. & à Plynio. 10. cap. 3. Quarum est Morphna.  
 μορφνός, quæ & Morphna à Theodoro Gaza dicta Næuia, Ab Ho-  
 mero, vt Aristote. ait Parcnos, Clauca ab alijs, etiam Plancus, vt re-  
 fert Plyn. Ab omnibus tamen dicitur Anataria, & Lacusfris, quæ pa-  
 lustres venatur aues. Milvus notissimus est, de quo Aristote. Anataria.  
 & Plynius multa. Fulua, ab eodem Aristote. Ibidem μελαιναίτος, vt Milvus. Me-  
 etiam Plynius refert. A Latinis Pulla, seu Fulua dicitur, atq; Valeria. Ienaetos.  
 Eadem etiam à Græcis λαγωφόνος αἰτῶς, id est, Aquila dicta est lepo-  
raria. Corpore minima, viribus præstans, colore nigricans, montes Pulla. Ful-  
 & siluas incolens, pernix, polita, concinna, apta, intrepida, strenua, ni-  
 hil inuida, nec petulans: verum liberalis atq; modesta ab Aristotele ua. Valeria  
 describitur. Quippe quæ non plangit, nec lipit. Vnde iure Iouis dici-  
 tur armigera. Quoniam vt Plynius ait, sola à fulmine semper fuit in-  
 tacta. Refert idem cap. 5. aquilam à virgine apud Seston educatam, Leporaria.  
 nutrici suæ gratiā retulisse: quæ nō modo aues ei deferabat, verū etiam Agla Iouis  
 venatus. Quæ tandem defuncta, quū ex more gētis posita super ligno armigera, &  
 rum struem igne supposito cremaretur, & aquila ex alto circumuo- à fulmine in-  
 lans despiceret, repente sese in accensum rogam demisit præcipitem, tacta.  
 pariterq; cum dulci altrice sua flagrauit. Immortale certe gratissimi Aquila à vir-  
 amoris exemplum, quo mortalium infida ingratitude damnatur. gine educata  
 Rem etiam miram idem Plyn. cap. 3. refert, aquilarū pennas aliarum Aglae pēnæ  
 mistas aliam alitū  
 vorant. mistas pēnas  
 mistas

	mistas alitum vorare. Percnopterus. Perperam atque mendose
Percnopterus. Aristot. & Plyn. dissident.	Percepterus apud Plynium. Ab Aristotele nanque Græco περιπόπτερος, ubiq; scribitur. Species aquilæ est forma vulturina, A Plynio dicitur Lacustris. Contra ab Aristo. Ciconia montana dicta est, quoniã montes incolat. Capite esse dicit albicantem, magnitudine reliquas omneis antecellentem, longiore cauda. Alioqui degenerem atq; imbellem, quam scilicet coruus verberet, aliãq; id genus alites abigant. Hunc ego incunãtanter eam dicerem alitem, quæ vulgò à nostris est dicta Auantol. Tametsi aliquãdo opinatus fuerim eundem esse, quem nostri adpellant Bitorem, & rusticorum mulierculæ idiomate suo dicunt Milochiam.
Auantol.	
Bitor.	
Miloch.	
Pygargus.	Pygargus. Etiam species aquilæ est apud Aristote. In oppidis, & campis, vt Plynius ait, circũuolans, albicante cauda. Quam vt Gaza addit Albicillam dicere potes. Ab eodem Aristo. <i>υεβροπόπov</i> etiam dicitur. Theodorus in hunnulariam transtulit.
Hunnularia.	
Gnesia.	Gnesia. Hæc ab omnibus legitimum aquilarũ genus adseritur, quasi eam legitimam dixeris, ingenuamq;. Hoc vtiq; significat γνήσιος. vna siquidem, vt Aristoteles & Plynius dicunt, incorruptibile seruat originis genus. Quũ cœtera aquilæ genera adulterina, & promiscua procreentur. Hanc Plyn. magnitudine media dicit. Contra Aristote. maximam aquilarum esse adfirmat. Quæ cœteras portione sesquialtera excedat. Colore subrutilo, rarãq; aspectu, more Cymindi.
Aristote. & Plyn. dissident.	
Accipitrũ varia genera.	Accipitrum genus. Non facilis difficultas occurrit, quum Accipitrum Plyn. eodem. 10. c. 8. sexdecim proponat genera, & tertium vix genus enumerat. Id ipsum penè Philosophus lib. 9. ca. 36. vbi accipitrum decem esse genera dicit, nec differit. Quorum primus occurrit
Triorcha.	Triorcha. <i>τρίορχος</i> , à Græcis, à Romanis Buteo dictus, à nostris autem idiomate nostro Astor.
Buteo.	
Astor.	Cruentus Alaudæ hostis, apud Nasonem lib. 8. Meth. est Haliætus. In quem conuerius fuit Nisus rex Megaræ.
Haliætus.	Cuius crinem fatalem Scylla eius filia, Minois parentis hostis amore correpta, abscidit, secumq; simul cum regno proditrix infando patricidii scelere hosti tradidit. Quæ quum à Minoe ob tam crudele piaculum omnino propulsa in vndas immersa, puppem fugiẽtis ascendere furibunda contenderet, & pendens rostro à parente iam in Haliætum conuerso, impeteretur, in vltionem patrati facinoris, in Alaudam conuersa fuit. Vnde & Halyætus Alaudam tanquam hostilissimus, impudentissimam, atq; infensissimã hostem cruentus, cruento adeò bello insectatur ubiq;. Vt sæpe (quemadmodum à venatoribus non semel accipi) Halyætum Alauda effugiens, ad venatores confugiat, proiectumq; sibi calceum intret, & se capi permittat. Quum igitur ex Ouidii dictis, publico venatorum attestante periculo constat Halyætum esse genus accipitrum, apud omneis Hispanos notissimum, vulgò ab vltioribus Hispanis dictum Smercion, à nostris quidem Smirlam.
Halyætus.	
Smercion.	
Smirla.	
<i>Emerla</i> Aquila marina.	Contra, Aristoteles atq; Plynius aquilarum attestantur genus. Atque Marinam aquilam Aristoteles dicit, ceruice magna & crassã, alis incuruis,



curuis, cauda lata. Plyn. autem clarissimam oculorum acie esse adfirmat, & quæ proprios pullos implumes, aduersum solis radios compellit inspicere, & quem coniuentem, flentemve deprehenderit, è nido tanquam degenerem, atq; adulterinū præcipitat. Eiectos autem Halyæti pullos excipere Ofsifragam, atq; vt suos educare idem Plyn. refert. Quid tandem de Halyæto sit verius, an sit secundum Ouidiū, & publicum venatorum experimentum Smirla, vt diximus, & accipitrum genus, vel aquilarum (vt Aristoteles atq; Plynus) qui certius nouerit, definiet. Alaudarū autē ab Aristo. 9. ca. 25. duo esse genera feruntur. Quæ tandem omnibus est notissima, ab eodē κορύς. ab Ouidio Ciris. ἀπό τῶς κείρης, id est, à tondendo est dicta. A Latinis verò Alauda dicitur, & Galerita à plumeo quo insignitur galero. A nostris dicitur Cugullada, quasi dixeris Cuculatam. Aesalo. Ab Aristotele αἰσάλωρ. Quòd sit accipitrum genus Plynus etiam dicit. Qui semper apparet, quum cæteri, vt idem ait, abeant hyeme.

Halyætus.

Alauda.

Galerita.

Aesalo.

Chalcis.

Cymindes.

Chalcis, Erodius, & Rex. Chalcis, ab Ionibus est dicta Cymindes. vt apud Aristotelem. 9. cap. 12. testatur Homerus in Iliade, hoc versu Gaza interprete. Chalcida dii prohibent, homines dixerunt Cymindem. Aristoteles ibidem nocturnum accipitrem dicit, accipitris magnitudine, colore nigro, forma longa ac tenui, monteis incolere, raram aspectu, quoniam alluscitur interdium, noctu ideo venari more aquilæ. Cum qua (vt idem addit) pugnat, atq; (vt Plynus ait) bellum gerit internecium. vsque adeoq; acriter cum ea pugnat, vt sæpius ambæ ad terram deuoluantur, implexæq; à pastoribus capiuntur viuæ. Sed iure mirabere, Comes cultissime, ad quid Cymindem introduxerim alitem nobis ignotissimā. Verum ratione eadem mirari etiam poteris inter plarasq; alias incognitas aues, Erodii quare meminerim, super quo tam multiplex est varietas apud authores grauissimos, vt quidam dicant Erodium, Vpupam, Miluū alii, alii Asionem. Nec defuerint ex insignioribus qui putauerint Fulicam. Quum certè earum Erodius neuter habeatur, quod omni absque vilius tantorum patrum iniuria, ratione ac certa veritatis autoritate persuadebimus. Neque em̄ mihi temeritatis nomen queritur, sed certior indago veritatis, Indignum ratus, vt Erodius quænam sit alitum certò non habeatur, cuius nomen crebro sacris inferitur lectionibus.

Quòd autem Erodius earū alitum, quarū paulò ante meminimus nulla sit, primum probant verba magni patrum patris Hieronymi in versu Psal. 103. Erodii domus dux est eorum. Dicentis, Erodius maior est omnibus volatilibus, qui inquit aquilā vincit & comedit. Quæ quidem verba Neoterici penè omnes vsurpant. Sed Vpupa non cum aquila pugnat, non Asio, nec quidem Miluus, Et quidem minus Fulica, quæ vt omnibus conspicuum est, aues natura imbelles sunt, ac dempto Miluo omnes humipetæ, nec quidem carnuoræ. Nulla ergo illarum Erodius est qui aquilam vincit & vorat. Neq; hinc quidem mi-

Erodius.

Hieronymus

Quod Ero-

dius non sit

vpupa non

miluu, non

asio, nec qdē

fulica, vt di-

uo placuit

ror

## PRO AVIBVS,

Augustino  
atq; Cassio  
doro.

ror quare diuus Augustinus, quem Cassiodorus imitatus est, Erodiū sit in codē psalmo interpretatus Fulicam. Quū Hebraicū **הַסִּירָא** id est, hafida in Zacharia Hebræi interpretati sunt Miluum. Septuaginta **ἕρωνα**, id est, Vpupam. Et Aquila, Symmachus, & Theodotio **ἕρωνα**. Erodium tamen ibidem diuus ipse Hieronymus Pellam Ardeolarum genus putauit, quod fortē Theodorum Gazam, atq; Sipontinum in eandem traxit opinionem, vt Erodium Ardeam dixerint. Verum quod Erodius Ardeolarū nulla sit, tametsi Pella cum Aquila pugnare feratur, iisdem diui Hieronymi probabitur verbis, quæ ex psal. 103. ante hac asportauimus, quibus dictum est Erodium Aquilam vincere atque vorare.

Quæ alites  
cū aquila pu  
gnant.

Sed ne in his diutius immoremur, solerter notandum, tres tantum inueniri alites (vt multa lectione depræhendī) quæ cum Aquila dicuntur pugnare. Cymindes, quæ & Chalcis apud Aristote. 9. capit. 12. & Plyn. lib. 10. cap. 8. Cuius hac ratione paulo ante meminimus. Pella, qui & Pellus, ex Ardeolis primū genus, & hic secundus. Tertius autē est auis Regulus, qui apud Aristot. codē. 9. cap. 11. Trochilus dicitur atq; Senator, & Rex. Quod tandē, vt paulo ante tetigimus, Erodius Pella nō sit, diui Hierony. diffinitione probatur, quoniā Erodius Aquilam nō modo impugnat, sed vincit & comedit. Pella licet cum aquila pugnet, nō tamē vincit: sed vincitur, nec comedit, quū carniuora non sit, sed ab aqila quidē facta præda voratur. Non ergo Erodius Pella est. Sed mētiar, nisi Aristo. verba probauerint, quæ ipsa eadē hinc inferentur, ex li. 9. ca. 1. Ardeolarū, inqt, tria sunt genera. Pella, Alba, & Stellaris, piger cognomine. Pellæ coitus difficilis est, vociferatur em, & sanguinē ex oculis, vt aiunt, emittit. Quum coit perit, etiā ægrè summoq; cum dolore. Præliū cum iis init, a quibus leditur, hoc est cū aquila, à qua rapitur. Cum vulpe, à qua capitur noctu. Cum alauda, à qua eius oua diripiuntur. Quod igitur Pella cū aqila, quū ab ea inuaditur pugnet, facit vt se defendat, nō vt vincat. Nam misera vincitur, atq; perit. Nō ergo Erodius est Pella, vt diuus magnusq; pater Hierony. in Zacharia opinatus est, & Gaza atq; Sipontinus dixerūt. Quod si Erodius Pella non est, nec Miluus, nec Vpupa, nec quidē Fulica. Certē nec Trochilus est, qui Rex auis ab Aristo. dictus est, id est, βασιλεύς. vt lib. 9. cap. 11. Quem Theodorus alibi in Regulum vertit. Et quidem vna eademq; auis Rex & Regulus est: sed quæ ea Erodius non sit, Aristote. verba ipsa probabunt, ex eodem lib. & cap. excerpta. Trochilus, inquit, & fruteta incolit, & foramina. Capi difficile potest, fugax, atq; infirmis moribus est. Sed victus probitate, & ingenii solertia præditus. Vocatur inquit idem & Senator, & Rex. Quam ob rem cum eo aquilā pugnare referunt. Sed obsecro qui sit, vt auicula, qua nulla magis pusilla, quæ foramina incolit, & frutetis incurfat, fugax, & infirmis moribus, quæ cum aquila pugnet, vincat & comedat, vt diffinitione diui Hieronymi dicatur Erodius: qui aquilā vincit & comedit? Regulus itaq; iste qui Trochilus

Ardeolarum  
tria genera.  
Pella.

Erodius Pel  
la non est.  
Trochilus.  
Rex auium  
Regulus.  
Regulus ero  
dius nō est.

chilus dictus est Senator & auium rex, à nostris Valentinatibus rusticis patrio sermone *Reyer* dicitur & omnibus notissimus est. Quem *Reyer.* quot annis in CHRISTI IESV nataliciis rusticorum iuuenum qui prior cœperit Rex passer, vulgò appellatus, ab aliis honoratur vsq; ad sanctæ Epiphaniæ dñi diem. Nec quidē Aquila cum Regulo, vt citat Aristote. pugnat. nec cum Aquila Regulus: sed quidē circūvolitans ludit, nec Aquila illum lædit, vt à rusticis aliquando sciscitatus accēpi, atq; ego ipse semel per agros oberrans vidi, viderūtq; simul mecum alii.

Quum igitur ex dictis constet, Erodiū nullam earum esse auium, quarum meminimus, relinquetur sub dubio, vtrum Cymindus sit, de qua supra diximus, Aristotelis atq; Plynii dictis, qui nocturnus accipiter dictus, cum Aquila bellum interneciū gerit, cumq; ea adeo hostiliter pugnat, vt sæpius implexæ deuoluantur in terram, & à pastoribus capiuntur viuæ. Quod si non admiseris Erodiū scilicet esse Cymindem: saltem cōpelleris credere eum esse accipitrem, quem diuus Aquinas post Nicolaū Lyram adfirmat super Iob. cap. 39. patrio sermone à Gallis *Grifaltū* adpellari, qui à nostris Hispanis vulgò dictus est *Girifalt*. Atq; fortē idem est Erodius, qui Cymindes, & ipse qui *Girifaltus*, vt diximus. Quod admittere persuadet beatus Iob, eodē cap. 39. dicens. Penna Strutionis, similis est pennis Erodi & Accipitris. Et quid si Erodius auium sit, qui dictus est ab Aristotele, non Trochilus, nec quidem Regulus, sed Rex? Hoc saltem Regius Psaltes dixisse visus est mihi, quum cecinit. Erodi domus Dux est eorum, id est, passerum, vel certē auium in cedris nidificantium. Quod non absq; multo mysterio dictum putauerim. Quemadmodū in alio psalmo Nycticoracis, & Pellicani idem Psaltes meminit. Cuius, id est, Pellicani Oloris esse similitudinis formam Plynus. 10. cap. 47. dicit. Cuius hæc sunt verba. Olorum, inquit, similitudinē Onocrotali habent, nec distare existimantur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus. Huc omnia in explebile animal cōgerit, mira vt sit capacitas. Mox perfecta rapina sensim inde in os reddita inferam in aluum ruminantis modo defert. Quod autē idem est Onocrotalus qui & Pellicanus, Magnus testatur pater Hierony. in psal. 101. sup. vers. Similis factus sum Pellicano solitudinis. Vbi duplex esse Onocrotalorū genus dicit. Lacustre vnū, qui piscibus. Alterū qui venenatis pascitur animalibus in solitudinibus. Quo in loco, licet improbare nō ausim, quæ Neoterici nostri de Pellicanis in publicis cōcionibus, vt plæbeculis ignaris noua semp atq; mira effutiant, fabulantur q; sanguine suo necatos pullos Pellicani exuscitēt. Somniantis tamen hoc alicuius esse commentū audacter dixerim. Quum hoc nec à Plynio diligentissimo rerum indagatore feratur, nec ab alio, qui sit alicuius pensus, inter probatos authores.

Sed nec quidem sententiam diui magnique Augustini omnino mihi hoc loco admiserim, cōtemnentis edisserere quænā ales sit Pellicanus. Sufficere tantum putans, non ignorare quod sit solitarius, vt di

Pellicanus.

Onocrotalus.

Duo genera Pellicanorū.

## PRO AVIBVS,

- vt dixit in Psal. 101. Quum nō absq; mysterio id animalium genus, nec frustra sacris insertum literis à sanctis Prophetis crediderim, vt diuinus Dionysius etiam asseruit, lib. de cœlesti hiera. cap. 2. Et magnus Hieronymus in prolo. diui Marci. Et Albertus cognomento magnus super Apocalyp. Verum etiam earum animalium naturam atq; proprietatem, non parum conferre putauerim rebus, quæ illorum nomine significantur. Vt inter alia est in nostro Erodione, qui à Psalte Rex, vel quidem Dux auium in cedris nidificantium adpellatur. In quo iustus intelligitur, qui pennis euectus virtutum, à terrenis eleuatus in sublime contemplationis, inter neciū ubiq; gerens cum suberbix aquila bellum, quotidie illam humilitate, sanctisq; virtutum studiis insectatur, vincit atq; omnino interimit, & vorat quum suberbix spiritū in nihilum redigit. Et qualis Erodus putas fuit Dauid? qui tumidum Goliatem armis humilitatis victor strauit? Saulem inuidum patientia vicit? Atq; vt multa præteream. Inter multos qualis Erodus fuit magnus ille Ioannes Baptista, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit? qui Herodem cruentam naticidam ambitionis & impietatis aquilam, rostro seueræ prædicationis laniauit? Nonne hinc Christianorum omnium primus designatus Dux, & CHRISTI ipsius lucifer & Antesignanus? vti eius parens ore prædixit fatidico, quum cecinit. Tu puer Propheta altissimi vocaberis. Præbis enim ante faciem Domini parare vias eius. Et quidem si talis Erodus Dauides fuit, si tantus Baptista Domini, qualis & quantus putas Erodus CHRISTVS fuit? Qui non modo summus iustorum omnium Princeps, Dux & Rex fuit: sed eadem ipsa iustitia? Et quidem diuinus verus Erodus: qui vbi è sinu patris in vterum volauit parentis. Inde pennis indutus humanitatis, velut è nido euolauit volans, & volens ad crucē. Vbi humilitate contra suberbix pugnans fastum, moriens & suberbix aquilam vicit. Interimit, quum mortem strauit. Vorauit, quū spoliavit infernum, atque hinc auium, id est, sanctorum patrum Dux & Rex omnibus patuit, quum eos è cæco Auerni eductos carcere, vt in cedris, id est, cum angelis nidificarent, ad cœlos deduxit. Et quidem hoc est quod in Exodo cecinit Moses. Extendisti, inquit, manū tuam, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti. Et portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculū sanctum tuum. Sed hæcenus de Erodio nostro satis: tandem intermissum negocium repetamus.
- Circus. His nec Circus abest. Circus ab Aristotele lib. 9. cap. 36. accipitrū ponitur tertium genus. Plynus. 10. cap. 8. eum altero claudum pede dicit, prosperrimi augurii, in negociis nuptialibus, & rei pecuariæ. Sed nos auguria vniuersa damnamus.
- Galgulus. Galgulus. Ab eodem Aristotele lib. 8. cap. 3. magnitudine ferè turturis dicitur, colore luteus, & lignipeta. Græcè dicitur κολιός, alibi κολέός, atque alibi κολίϙ. Ardeo læ Pipo inimicus à Plynio dicitur. 10. cap. 18. Ab Aristo. lib. 8. cap. 3. quod
- Erodus iustus.
- Erodus Dauides.
- Erodus Ioannes baptista.
- Christus verus Erodus.
- Exodi. 15.
- Circus.
- Galgulus.
- Pipo.

quòd sit duplex fertur maior & minor, vterq; vt ait, dictus Picus Martius. Græcè dicitur *Αρνοκολάπιος*. Ardeolarum, vt ante per transnam notauimus, tria ponuntur genera ab Aristo. atque Plynio. Quarum primus Pellos vel Pella, de qua supra satis. A nostris Hispanis vulgò Garza dicitur Regia. Eadem & appellatur Agro. Secunda dicta est Alba, atque Albardeola. A nostris est dicta Garza alba. Ab Aristotele Pella minor dicitur, rostro lato & porrecto. Tertia tandem Stellaris, id est, *ἀστέριασ* appellatur, id est pigra. In quam conuersum fabulantur seruum ignauum atq; socordem. Hæc ab Hispanis Garza ruuia dicitur. Ardeolas omneis Aristoteles ibidem, in stagnis lacubusq; versari, atq; in pratis dicit. Mergus. ab Aristo. *ἄιδυια*, alibi *κολυμβήριος* dicta est, id est, vt Gaza vertit, Vrinatrix. Alibi eadē dicitur *καταρρακταία*, id est Catarrhaeta, quæ vt idem ait, in mari victitat. Quæ quū se alto ingurgitat, manet non minus temporis, quàm quo spacium iu geri transferis. Corpore, inquit, est minor accipitre. Quòd autem Mergus sit Coruus marinus nulli emergit dubium. Quòd Vrinatrix eadem est quæ & Catarrhaeta nomē vtrunq; atq; certa definitio docet. A nostris verò Valentinatibus dicitur Cabuzo. Gauia. Alba & cinerea apud eundem legitur Aristotelem. Gauia alba, à nostris Gauina. Cinerea verò etiā à nostris vulgò Gauia dicitur, & à nonnullis Corba marina. In litore vbiq; vbi aqua lancinat est frequētissima. Ab Aristotele *λαρός* est dicta. Neque hoc loco dissimulare velim à nonnullis creditum Laros esse Fulicas. vt doctissimus Erasmus etiam meminit Chil. primæ centu. 9. Adag. 13. Quum longè alia sit Larus à Fulica, quæ *καίπφο* ab Aristotele, à Theodoro Fulica dicta est. De qua Aristoteles lib. 8. scripsit cap. 3. & lib. 9. cap. 35. A Neotericis describitur magnitudine paulò Anate minor, colore fuligineo, à quo dicta est, vt Siptotinus, palmipes, humipeta, lacustris, lato rostro, crista media fronte à rostro signata. Auis quidem esca & pace in stagnis gaudens.

Phalarix. Ab Aristotele *φαλαρίς*, auis est etiam lacustris, ab eodem Aristotele lib. 8. cap. 3. cum Cinchlo & Floro, Charadrioq; qui à Gaza Rupex est dictus: inter Fulicas, Anates atq; Olores connumeratur. magnitudine Ciconiæ dicitur, colore candido, alis purpureis pennis distinctis. Vulgò à nostris Flamench adpellatur. Crex. crecis vel cregis. Aristot. autho. li. 4. de part. anima. ca. 11. Ales est longi cruris. Idē lib. 9. cap. 17. similem esse Ibidi refert. Est ex Neotericis qui Crecem colore dicit albam. In locis palustribus, vbi maxime pascuntur boues, versantem. Qua quidem descriptione satis conspicuum est eam esse alitem, quæ vulgò à nostris Valentinis dicitur Splugabou. Quam frequentissimam vidi in palude Xarachi Oliuam quoties petii.

Bofa. Ab Aristotele Græco *βόσκις*, & Anati similis, & corpore minor dicitur. Nec aliam dixerim, quàm eam, quæ à nostris Catarrogianis piscatoribus vulgò adpellatur Boxet. Cuius penè similitudinis est ea ales, quæ ab iisdem Sarcet dicta est, corpore licet sit minor.

G Calidris

Picus Martius.  
Ardeolarum tria genera.  
Pellos.  
Garza regia Agro.  
Albardeola.  
Stellaris.  
Garza ruuia  
Mergus.  
Vrinatrix.  
Catarrhaeta.  
Coruus marinus.  
Cabuzo.  
Gauia.  
Gauina.  
Corba marina.  
Larus.  
Fulica.

Foggia.

Phalarix.  
Flamench.

Crex.

Splugabou.

Bofa.

Boxet.

Sarcet.

## PRO AVIBVS,

- Calidris.** Ab eodem Aristot. eodem lib. & cap. καλίδρις dicta est. inter lacustres ponitur, colore (vt idē ait) cinereo, distincta variē, magnitudine Bosc, palmipes, lato rostro, à nostris Valentinatibus Rossa vulgò appellatur. Vnde aperte satis probatur non eam auem esse, quę à Neotericis Caladris est dicta, & à nostris vulgò Calandri, quū ista canora est, & ruralis, illa palustris. Penelops. ab eodem Aristotele πηνελόψ. Aquila marina dicitur à Plyn. lib. 10. cap. 21. Ficedula. Hęc & Daulia. Ab eodem Aristot. 8. cap. 3. συκαλις, à nobis Valentinatibus vulgò dicitur Papafigo. Ficedulas autē mutari in Melanoriphos, id est, Atricapillas, authores sunt Aristot. 9. cap. 13. & Plyn. 10. cap. 29. Merops. Ab iisdem q̄ parentes senio effctos foueis stipulis & plumis foueant, more Ciconiarū & alant asseritur. Magnū profectò gratitudinis atq̄ pietatis exemplū in filios degeneres, & in parentes ingratos & impios. Merops à Latinis Apiastra dicitur, q̄ vescatur apibus. A nostris vulgò dicitur Abellerol. Vireo. ab Aristot. 9. cap. 22. κλωρίων, totus viridans ex obscuro, magnitudine Turturis. Hyeme abscedit, sed solstitio æstiuo in conspectum redit. In altis parietū turriumq̄ foraminibus in oppidis atq̄ in pagis nidificant, tempore eodē quo Sturni. Pullos educans gutture rauco acerbē clamitat. Vireonē patrio nostro ore, à sua voce Carrācolā vulgò appellamus.
- Coccix.** Dicta est ab eodē Aristot. 8. cap. 3. & 9. cap. 29. Et à Plyn. lib. 10. ca. 9. A Latinis Cuculus. Vt etiā Erasmus non abnuit, Chilia. 4. Centur. 5. Adag. 84. Infamis ales, adeo, vt quum cantitat, agricolarum alter alteri dicat. Tibi Cuculus canit. In causa est, quoniam sola in alienis palumbarum, & Curucæ nidis oua parit, vt Aristoteles & Plynus referūt, atq̄ ego ipse adfirmare possum. Qui ante quinquenniū Curucam (Busqueretam vulgò eam nos dicimus) in hortulo olim meo apud diuum Iulianum suburbii viæ Sagunthi, vidi alentem Cuculum iam volitantem, per dies plurimos. Risisset quidem etiam tetricus, videns pusillam auiculam educantē alitem, cuius oris hiatus nō illa satis quantulacunq̄ erat impleisset. Vinago, ab eodem Aristotele. 8. cap. 3. οινάσ, Inter Columbos, Palumbes, & Turtures ponitur. Columbo maior, & forma penē similis, torquem siquidem illi dempseris. Ab nostris Tudon vulgò dicitur, atque Torquazo, quasi à torque torquatum columbum adpellaueris. Capitur vt idem Aristoteles refert, dum se in flumine bibendo propendit. Columbi sunt domestici. Palumbes verò indomiti, atque siluestres, à nostris vulgò Coloms roquers adpellantur. In oppidis & pagis, in turribus palumbariis à Regulis educantur, damno publico rusticorū. Atq̄ ideo à Theologis ad damni satisfactionem domini condemnantur: nisi in palumbariis palumbis adfatim escam prouideant.
- Sifura.** Sifura, σείσρα, κὼς σεσοσυγίς, id est, Motacilla, Aleandro interpretate, auicula est quę caudam semper quatit & moritat. Vnde Caudatremula à nonnullis est dicta. Vulgò à nostris Valentinis Cohera, quasi cauda

caudatam dicas. Aucupes Gafardam Valentino idiomate dicunt.

Spini. Spinus ab Aristotele. 9. cap. 17. & lib. 8. cap. 3. Græcè ἀκων-  
δίο. A Theodoro Ligurinus. Auicula est vocis amœnitate conspicua  
à Valentinis nostris vulgò dicitur Luer, Luteola. Ab Aristotele. 8. cap.  
3. κλωρίσ, à nostris vulgò Pitsroigs.

Parus. Ab eodem ibidem. αἰεὶδαλὸς ὄρενός, id est, Parus montico-  
la. Cuius tria esse genera dicit.

Fringilla, ab eodem ibidem σπιζή, vt Sipōtinus ait à frigore dicta,  
quoniam hyberno tempore canit, maximè tempore pluuiæ, vere im-  
minente. Auicula est Sifuræ magnitudine & forma similis, colore elbo  
capite nigricante. Nostris Valentino sermone Ferrerolet dicitur, Esti-  
uerol, atq; Toteftiu. Philomela. Pro Luscinia ponitur. In quam Phi-  
lomena Tereti regis vxor conuersa ab Ouidio canitur, & Progne so-  
ror eius in hirundinem. Luscinia à nostris vulgò dicitur Roscignol.

Lesbia Nyctimene. Nyctimenen impudentissimã patris impudi-  
cissimo amore correptam, dolòque ab eo corruptam, in Noctuam  
versam Naso cecinit. Quare pudore ob infandum patratum flagi-  
tium diem fugit. Nam in luce visa ab omnibus impetitur auiculis in  
execrationem execrandi facinoris. Hæc eadem κλάυξ, ab Aristotele. 8.  
cap. 3. A Gaza dicitur Noctua. Erasmus modo Vlulam, modo No-  
ctuam interpretatur Chilia primæ. Centur. 2. Adag. 11. γλαυκασ εἶς  
ἀθηνάσ, id est, Vlulas ne ducas in Athenas. In eodẽ idem in Noctuam  
vertit, Aristophanis interpretatus versum. Quare vnã eandẽque  
esse elicitur apud ipsum Erasmus Glaucem, Noctuam atque Vlu-  
lam. Quum Aristoteles diuersas ponat Vlulam atq; Noctuam. Nam  
ab eo Noctuarum tria ponuntur genera. libro. 8. capit. 3. νυκτικόραξ,  
quam Gaza vertit in Cicuniam, vel Ciciniam. Quem noctis coruũ  
dicere poteris. Secunda, βύας, quæ Bubo, funesti ominis ales. Ter-  
tium genus, ἐλεός. Et hæc Aluco, quam gallinaceo dicit maiorem.  
Bubonem maiorem aquila, & Noctuæ similem. Additur etiam apud  
eundem Aristotelem, αἰγώλιος, quæ à Theodoro vertitur in Vlulam,  
Vlulam tamen non Noctuam, vt Erasmus putauit, sed eandem esse,  
quæ Otis à Græcis, & Afio dicitur à Latinis, Aristoteles lib. 8. cap. 12.  
& Plynus. 10. capit. 23. opinari videntur. Aristotelis verba sunt.

Otis, inquit, Noctuæ similis, pinnulis circiter aures eminentibus præ-  
dita, vnde nomen accepit, quasi auritam dicas. Nonnulli, inquit, Vlu-  
lam eam appellant. Alii Afionem. Eadem ferè Plynus, quanquam in  
magnitudine nonnihil ab Aristotele dissidet. Nam Aristoteles dicit  
Aluconem gallinaceo maiorem, quum experimento probetur multò  
minorem. Est enim Aluco, qui à nostris Valentinis vulgò Muzol. Ab  
vltioribus verò Hispanis dicitur Muchuelo. Otũ idem Aristo. No-  
ctua minorem dixit. Plyn. verò maiorem, quum multò minor sit. Ver-  
ba Plyn. sunt, ex cap. 23. Otus, inquit, Bubone minor, Noctua maior,  
auribus plumis eminentibus. Quidam, inquit, Latine Afionẽ vocat.

G 2 Eam

Gafarda.

Spinus.

Ligurinus.

Luer. Luteo-

la. Pitsroigs

Parus.

Fringilla. *Pinza**pinza, que  
fret que fa?*

Ferrerolet.

Estiuerol.

Toteftiu.

Luscinia.

Hirundo.

Nyctimene.

Noctua.

Nycticorax.

Cicunia.

Bubo.

Aluco.

Otis, vel

Otus.

Vlula.

Afio.

Aluco.

Muzol.

Dissident

Aristoteles

&amp; Plynus.

## PRO AVIBVS,

Eam nos nostro patrio sermone Cornichiolam vocamus, non modo (vt contra dictum Plynii diximus) nō noctua maiorem, sed multo minorem. Quippe qui est, nec quātus Aluco. Quin ei colore & forma adeo penē est similis, vt hunc illum dixeris, si Oto plumea cornua dempseris. Quod autem Nycticorax, Vespertilio non sit (tametsi alicui visum est) adeo manifestum est, vt probatione non egeat. Diuersæ enim ab omnibus vbiq; ponuntur. Nam illa νυκτικόραξ, quæ à Theodoro, vt paulo ante diximus, in Ciconiā vertitur. νυκπερις vbiq; conuertitur in Vespertilionem, quæ à nostris vulgò Mus pennata dicitur. Et quod ipsa Nycticorax Noctua sit, ego non definiuerim, quū hoc à nullo graui authore acciperim. Noctua à nostris Oliba vulgò dicitur, Bubo, Buffo. Bene grata Ciconia. Ad Plynii alludit dictum, qui Meropem, & Ciconiam tenio confectis parentibus gratiam nutritus referre, vt ante meminimus, dicit. Additq; idem lib. 10. ca. 23. natur. hysto. Ciconiis tantum esse honorem apud exterarum nationes, ob serpentium exitium, vt in Thesalia capitale fuerit Ciconiam occidisse, eadem legibus pœna, qua plectitur homicida.

Circus ardeolas. Circus cuius formæ sit nusquam legimus. Apud Aristotelem tamen lib. 9. cap. 35. dicitur περινοξ ἰέραξ, id est, pernix sacer. Quod si ex nomine augurari licet, facile eum esse accipitrem dixerim, quem venatores vulgò Sacrum adpellant. Consequenter idem Aristoteles, eodem lib. & cap. Stellaris accipitris meminit, quem & palmarum appellauit. Græco sermone ἀσπερία ἰέραξ. Ab Gaza Stellaris accipiter dicitur. Vtrum autem iste sit quem vulgò Hispani dicunt Neblin. Quasi qui pernici volatu nubes advsque astra transcendat, qui certius nouerint, definient. Quin & Plynii accipitrum Massiliæ lib. 10. meminit, cap. 8. Meminit etiam Aristoteles accipitris rubetarii dictus Græcè φρυνολόχῳ ἰέραξ. Qui scilicet per rubeta venatur. Quæ autem à Neotericis dicuntur (vt ipsi dicunt) de falconibus: nec omnino improbo, neq; adprobo, quū accipitrum apud venatores vulgò longè alia nomina sint, quàm quæ sunt apud Latinos antiquos, & Græcos.

Non curæ est Fringilla illi, non ipse Tyrannus. Tyrannus auicula est apud Aristotelem. 8. cap. 3. corpore, vt ait, non multo maior locusta. Crista rutila ex pluma elatiuncula, cætera elegans, cantusq; suauis. Hanc ego aliquando auiculam eam canoram putauit, quæ vulgò à nostris est dicta Gafarro. Rubetra. Hæc ab Aristo. 8. cap. 3. βαπισ. Rubicilla, quæ Rubecula, ab eodem ibidem περιέλας. Auiculæ sunt incurfantes rubetis, vt Curuca. Florus. Ligurinus. Regulus. Egithus. Ledus. Pifex. Auriuittis, quæ ab eodem Aristotele χρυσομήτρις dicitur. Vitiflora. Tinunculus. Tristunculus, qui & Tatrix. Quem ego eam credo esse auiculam toto corpore nigricantē, qui vulgò à nostris dicitur passer solitarius. Qui & ab eodem Aristotele dicitur Vrage. Et sunt quidem aliæ auiculæ multæ id genus, quæ apud eundem leguntur Philosophum, quibus & incurfamus quotidie, quum



quum spaciatur per vinea & agros, quarum species singulatim nec nouit Aristoteles, nec quidem Plynus, quanquam vterque diligentissimus, earum genera atque nomina scripserint. Nos opello nostro inseruimus, ut vel lectorum aliquis, qui in hoc ipsum euigilare voluerit studium, habeat quibus infudet. Nos interea ad sequentia properabimus enucleanda. Quorum prima occurrit nigricans Gallinago, paulo minor gallinaceo pullo, ab Aristotele libro 9. cap. 26. dicta est σκολόπαξ. Est auis indomita, & vbiq; fugax, & visa non euolans: sed ita se ruberis & herbidis locis abscondens, ut vix inueniri, & capi possit. Nostro sermone patrio vulgo Gallineta cega appellatur.

Gallinago.  
Gallineta  
cega.

Barbatas. Barbata à Thuscis, ut author est Plynus lib. 10. cap. 3. Osisfraga dicitur. Inter aq; connumeratur. Ab Aristo. li. 6. ca. 6. Phane dicta est, quæ aquilæ è nido, ut ante diximus, eiectiones pullos excipit, atque cum suis educat. Ab eodem Plyn. ca. 7. à multis Osisfragam, Sanqualem dici refert. In cuius nido, ut idem addit, inuenitur Actites lapis, qui & Gagites est dictus, & pregnans amygdalæ nucis magnitudine, colore ferrugineo. Quem si quatias, alius intus tanquam in vtero inclusus sonat. Qui si post Plynium Leonardo Camillo Pisarense credimus, eo libro quem de gemmis ad Cæsarem Borgium Ducem Valentinum scripsit, utilis est ad multa remedia. Ut idem Leonardus refert, qui secum eum habuerit porrectum sibi venenum deglutire non poterit. Prægnanti brachio dextro appensus abortum prohibet. Epilepticis quidem subuenit. Animalia venenosa fugat. Quare Osisfraga in nido inter oua ponit. Et quod gestantem sobriam, amabilem, diuitemque efficiat, atque ab casibus aduersis incolumem seruat, idem refert. Osisfraga verò à nostris vulgo Crebalos dicitur, & Harpella. Mulierculis enim rusticorum, gallinarum pullos coram rapit, magnitudine par est vulturi, colore cinereo, & capite albicante, corrugataque fronte circa rostrum.

Barbata.  
Osisfraga.  
Sanqualis.  
Actites.  
Gagites, huius nota virtutes.

Brenthus. Huic probum esse victum, vocemque sonoram Aristote. lib. 9. cap. 11. dicit, formam subicit. Idemque eodem cap. 22. Mollicipem Malacocraneum appellat, quod sit de pes, grandi & cartilagineo capite, magnitudine paulo turdo minor, totus colore cinereo. Quem, iuxta descriptionem, non dubitauerim eam esse auiculam, quæ vulgo à nostris agricolis Capcigrany, Gruer dicitur.

Brenthus.  
Molliceps.  
Capcigrany  
Gruer.  
Harpa.

Harpa. Ab eodem Aristote. eodem 9. cap. 1. Marina dicta est auis inimica Gauræ & Anati, quoniam omnibus idem est cibus.

Cypseli. Apodum ab eodem Aristo. 9. cap. 3. & à Plynio. 10. cap. 39. duo ponuntur genera. Sunt Apodes toto corpore pullæ, alis oblongis, post solis occubitum pernici volatu huc illucque volitantes more hirundinum, in foraminibus altis, more vespertilionum nidificant, culices venantes magno stridore vocis circumvolant absque vlla quiete, quoniam ramis insistere nequeunt: sed suis in foraminibus aut iacent, aut complexæ pendent. Nostri vulgo Falzias appellant, hirundinum sunt magnitudine, Cypseli paulo minores hirundinibus, ita similes

Apodes.  
Cypselus.  
Falzia. *Vencejo.*  
Cypseli.

G 3 colore

## PRO AVIBVS, IN VENATORES.

colore & forma, vt facile Cypsellos hirundines esse putaueris. Vbiq; humipetæ super fluminis aquas volitât. A nostris Valentinatibus vulgò Papallonets dicuntur. Lusciniis. De Luscinia & eius con-  
 Papallonets Carduelus. centu Plyn. lib. 10. cap. 29. Carduelus. Ab Aristot. Thraupis dictus, auicula satis ex nomine nota, alis distinctis, croceo pennis, purpura capite redimita, aspectu elegans, voce canora magis. A carduis, quorum florem pascit à Latinis Carduelus, à nostris Cardenera est dicta. A cantida esse nonnulli putarunt, quem Gaza apud Aristote. Spinum, Ligurinumq; est interpretatus, & nos supra à nostris vulgò dici Luer diximus. Et certè Acantis, id est, Ligurinus, longe alius est apud Aristotelem & Plynium à Carduelo, vterq; licet vescantur carduorū floribus, vt quotidie per arua videmus. Gracculum. Aristote. lib. 9. cap. 24. Monedularum genus esse dixit. Græcè κορακίασ dicitur, magnitudine quanta Cornix, toto corpore nigro, rostro rotundo & rutilo, patrio nostro ore vulgò Sauram appellamus.

Monedularum Gracculus.  
 Saura.  
 Tringa.

Gavina.

Tringa ab Aristotele. 8. cap. 3. Inter auiculas lacustres atq; marinas connumeratur cum Cinchis, Calidribusq; cum Gaviis atq; Albiculis. Cuius autem sit formæ quoniam ille subticuit, mihi diuinare nō licet, de Tringa, deque reliquis omnibus, de quibus dicere certum nihil potui. doctiores definient. Tu tandē Comes doctissime atq; æquè cultissime temerariæ arrogantiae meæ veniam dabis, qui incultus longiori scholio quàm præceperas auiculas meas, vt potui, non tibi (qui hac in re, sicut in abditoribus, nullius gloriæ indiges) exposui.

Verum florentissimæ, studiosissimæq; Valentinae huius nostræ academiae iuuentuti: quos ista scire fortè non pigebit.

Qui si quid hoc in opello dignum lectu inuenerint, tibi habebunt gratias. Et ego tibi, qui vt ad hanc lectionem euigilarem, calcar adhibuisti.

## APOLOGIAE PRO AVIBVS FINIS.

## AD ILLVSTREM DOMINVM FRANCISCVM

à Scintillis, Oliuæ Comitem, Eiusdem Ioan. Bapt. Agnesii.

**M**ulta licet multos lusit mea musa per annos,  
 Non indigna legi forsitan illa Soplus.  
 Sed (quoniam nostros delectant exera tantum.)

Mecum olim tumulo viua sepulta iacent.  
 Nam proprias fastidit opes vrbs nostra, Prophetas  
 Nec recipit (natis facta nouerca) iuos.

Sed doleo intercant mecum, quæ misimus olim  
 Nostro Pontifici carmina fida pio.

Tradere calcographis ea dignum iure putauit,  
 Ut pateat nostro pectore quanta fides.

Omnibus & pateat fidei quàm flammeus omni  
 Sis Christi zelo, quàm pietate potens.

Ut patuit Turcas animis his quantus in hostes,  
 Non lateat quantum religione vales.

Defendi qui equites, fido contraq; cruentos  
 Sum venatores pectore tutus aues.

Nonne Neophytos defendam iure iacentes  
 Fas est: hæc tua sunt (quæ mea) vota, faue.

## NOBILI OBSERVANDO Q. DOMINO IOAN-

ni à Gais Valentinae Ecclesiae Canonico, Vicarioque generali,  
 Ioannes Baptista Agnesius, Pro Agarenis Neophytis.

**V**T successibus tuis tibi semper bene gratus congratuler, meritum  
 tuum Gais dignis. non modo suadet, sed cogit. Quod si fieri,  
 quod absit, posset, ut tot post accepta abs te certa benevolentis  
 pignora, ingrati dignus essem elogio, notarèque Luciani disticho.

φάυλος ἀνὴρ πρὸς ἐσὶ περικμίνου. ἰσορᾷ πᾶσασ ἀντλῶν τὰς χάριτας,  
 ξὶς κενὸν ἐξέχιασ. Ingratus tamen pio tuo zelo esse non possem, quo  
 iam pridem sacræ erga nostræ Christianæ religionis honorem ex ani-  
 mo te semper feruere nouerim. Hinc gratulatoris ubi literis Illustris  
 tui, meiq; Oliuæ Comitæ accæpi eundem te cum Rubio tuo ab Illu-  
 stris. Reuerendissimoq; Archiepiscopo & D. nostro Georgio ab Au-  
 stria accæpisse locum, quem habueras apud nos ab Erardo, toto ad-  
 plaudens animo tibi, tuisq; neophytis, non diu multumq; congratu-  
 lari non potui. Qui scilicet iam certò sperem Expectatis. noui nostri  
 Principis ope, tuaq; opera, à te Rubioq; tuo iacta olim cæmenta (heu  
 cæca ignauisq; pastorū incuria semiruta) instaurata prope diem suum  
 exurgent in cuius. Atq; utinā, prohi dolor, nō omnis tibi tuus dies, omne  
 robur vno in tuo procubuisset Erardo. Nam q; cæpta perfecisses eras,  
 At qd impune cōquerimur? Et quasi nos desolatos euilātes dessemus?

Malus vir  
 doliū est per-  
 foratum, in  
 quod omneis  
 immittens  
 gratias in  
 vanum esse  
 disti.

## IOANNES BAPTISTA,

ἀρχίνοσ φα  
 γαχ, prudēs  
 γρηκοσ vi  
 gil.

ἀρχίνοσ, atq; idem ρρηκοσ, omnibus vnus ades apud nostrū Geor-  
 gium, q & fueras apud Erardū. Dies tibi occubuit. Tibi, quin & omni-  
 bus tot annos in orbitatis iacentibus tenebris, lux orta est exoptatissi-  
 ma. Nouus ortus est Sol. nō qui vt olim eminus, sed qui cominus, ge-  
 nere, musis, altisq; p̄fulgidus moribus, rutilus pr̄sentanei sui vultus  
 radiis, nostras p̄ocul discutiet nebulas, fugabit v̄bras, illuminabit  
 noctem, restituetq; diem. Percutiet duces Moab, vastabit filios Seth,  
 purgabitq; sordes Leui. Omnem domus dñi emundabit proluuiem.  
 Absterget fuliginē. Effugabit pedorem, lima q; iustæ correptionis vni-  
 uersam inueteratam prauorū nostrorū morum elimabit rubiginem.  
 Respiciensq; respiciet neglectos nouarū plantationū agellos. Nec mo-  
 ra velut bonus agricola obduratas errorū erradicabit sentes, lolium,  
 omneq; CHRISTI vix natā segetem occans extirpabit zizaniū. Euan-  
 gelicæ eruditionis aratro. salebrosa tesca proscindet. Sarculo pietatis  
 colet. Largitionū profuuo irrigabit imbre, pinguiq; optimi suæ vitæ  
 exempli lætamine, CHRISTO plenas in fruges impinguabit. Tu autē  
 optime Gaie, vel alter Baptista Ioannes, sed iam nō puer, Solis nostri  
 velut rutilus lucifer, pr̄bis ante faciem dñi parare vias eius, totius  
 nostræ instaurationis procurator prouidus, piusq; exactor. Et quis  
 iamiam tot adepturus cōmoda, non Illustris. nostro instaurationi, nō  
 tibi procuranti totus gratulabundus adplaudat? Hinc neq; ego nō iu-  
 re mihi meisq; Neophytis lætabundus exulto. Eoq; iustius, quo cer-  
 tius parata eorum corda, ad Euangelica suscipienda semina pr̄sens  
 cōspicor, integri em̄ anni sum exptus periculo (vbi iussu Christianissi-  
 mi Francisci à Scintillis Oliuæ comitis populos istos CHRISTVM  
 docturus vallem hanc veni) quantū simplicibus, blandisq; meis hor-  
 tatibus plariq; profæcerint, indiesq; proficiūt, quum singulos vicos,  
 oppidaq; euangelizando percurrens, læto omnium animo libenter exci-  
 prior, lætanter audior. Et quantā vbiq; putas CHRISTO maturam pa-  
 ratamq; messem, si quales res postulat mesiores adessent? Qui si non  
 sunt, quod dolendum est, vtinam ab Reuerendis. nostro Opilione ta-  
 les prouideantur pastores, qui famelicos hos greges Christiano pabu-  
 lo pascant, erroneos amore reuocent, deuios exemplo dirigant: & in-  
 scios doceant pia, prudenti, modestaq; improbitate, quæ his maximè  
 ad hoc opus pernecessaria est. Alioqui, quomodo CHRISTVM pre-  
 cor suscipient, si non cognoscunt? Et quomodo agnoscent, si non edo-  
 centur? Finem habere non potest, quod principio caret. Et quis obse-  
 cro ab omni Christiana pietate longè alienū non dixerit, vt vi bapti-  
 fatos inuitos, & nunquam instructos, compellas credere, atq; obser-  
 uare, quod nec docueris, nec didicere? Nonne corde creditur ad iusti-  
 tiam? Et quomodo credent in quem non audierunt? Et quomodo au-  
 dient sine pr̄dicante? Et quomodo pr̄dicabunt, nisi mittantur? Heu  
 heu, & quis non vehementer doleat, adesse qui CHRISTVM discere  
 gliscant, abesse qui doceant? Sintq; proh dolor, lactentes pueri, qui fa-  
 me pe

me pereunt, nec sint qui eis vel mammam præbeant, vel frangant panem. Quam ob rem ego CHRISTI mei zelum zelatus, exoptans Archipræfulis patris, ac domini mei animæ indemnitatē, certē publicam miserorū calamitatem miserans, ausum hunc in CHRISTO præsumpti audacior, vt simplici, non phalerato stilo breui libello isto, pientissimo Chirurgo viruētā sui gregis vlcera patefacerim. Tu obiter Gaie fidissime causæ Archiepiscopi tui, quin tuæ, immo CHRISTI dexter procurator adesto, votisq; iisdem, quibus ab exordio toties ab Illustri Francisco Scintillas Oliuæ Comite stimulatus fauisti, faueto. Id ipsum em̄ idē Comes instanter efflagitat modo, quod olim cræberrimis literis me internūcio, abs te persepe, atq; ab obseruādo Albertino Patensi Antistite, tunc Valentino Inquiretore sæpius, omnium primus efflagitauit, vt scilicet suos vi baptisatos, Christianos perficerēt, alioqui se nolle hereticis dominari. Quod vel vt modo tandē fiat te procurante, libellus iste meus iam non postulat, sed extorquet. Quem tu docta tua Gaie doctissime emunctum censura, tuāq; obfirmatum fide, Domino ac Patri nostro Reuerendis. fidei zelūq; mei fidum certumq; testem dexter pro me dabis. Et diu bene vale. Cofrontis ex arce vallis Aioræ. Ianuarii. 15. Anni iesquimillesimi. 39.

AD ILLUSTRISSIMUM PRINCIPEM DOMINUM GEORGIUM AB AVSTRIA, REVERENDISS.

Valentinatum Archimystem. In eius aduentu Ioan. Baptistæ Agnesii *ἁγιοδόξια*. Pro Saracenis Neophytis.



Ens Nabathæa olim tenebris circumlita furuis,  
 Verna Valentini quæ colit arua soli.  
 Inuitam violenta manus lustralibus vndis  
 Quam tinxit, cæcam nox eademq; tenet.  
 Orba parente diu, vitæ indiga, vulnere multo  
 Ad mortem languens, iamq; propinqua rogo.

Spe, qua respirare potest, animamq; resu. n. mens  
 Aduentu gaudet gratulabunda tuo.  
 Exultatq; Pater post tempora longa iacenti  
 Alta sis medicus missus ab arce tibi.  
 Sisq; datus sibi Dux. sibi Princeps sorte superna.  
 Sis datus & Pastor. sis datus atq; Pater.  
 Nec tamen è triuio. nec vili è plebe, nec auro  
 Quem Simon, turpi aut emerit arte scelus,  
 Sed quem Cæsareo genitum de germine Cæsar  
 Delægit dignis promeritisq; dedit.

G 5 Atq;

## IOANNIS BAPTISTAE,

Atq; salutiferum languentem misit ad orbem,  
 Cæcis & supera misit ab arce diem.  
 Nec generis facio tanti tua stemmata magni,  
 Virtutem quanti, pieridasq; tuas.  
 Stemmata quid faciunt virtutis nuda priorum?  
 Floccida sunt propriis non redimita bonis.  
 Quid mihi sis proles præmagni Maximiliani?  
 Nostri sis Caroli patruus, atq; pater?  
 Si generi mores respondent, vitæq; vtrisq;  
 Nomina si meritum vincit, in astra canam.  
 Da veniam tibi pauca feram Pater obsecro, malo  
 Intempestiuus, quàm infidus esse tibi.  
 Non curæ est lepidum noscas, magnumq; Poëtam,  
 Fidum si agnoris, sat mihi faxo fidem.  
 Candida nam quantum norim tua pectora, mentem  
 Præniueam, mores & sine labe pios.  
 Tantum prætimeo mala ne contagio lædat,  
 Adferat & meritis improba damna tuis.  
 Hinc vereor phaleratorum ne læpra tuorum  
 Inficiat tenerum pectus iniqua tuum.  
 Commaculet niueum turpi fuligine nomen  
 Tetra tuum, mores hei vitietq; probos.  
 Nonne nouū adueniēs orbē nouus aduena, quanquam  
 Sis Argos, falli nocte, diuq; potes?  
 Nescis insidiis, technis plena omnia fraudum?  
 Nescis ambitio quot paret vsque dolos?  
 Blandulus haud deerit tibi qui assentetur, agatq;  
 Ut capiat, palpet, flectat vt inde sibi.  
 Proh, quot Meonios, quot grandiloquosq; Marones  
 Inuenies, sibi te qui super astra canent.  
 Omnia laudabunt bona, vel mala, fanda, nefanda,  
 Eliciant plausus vt tibi, dona sibi.  
 Nec procul hinc aberunt Epicuri de grege, quorum  
 Et genius deus est, venter, & ipsa Venus.  
 Qui sua quo foueant probra, turpia facta prophana  
 Proh vitæ, indigni nomine sacrificio.  
 Offundent nebulas, casses tendent, pedicasq;  
 Ut capiant, vitiis subpeditentq; tuis.  
 Adlicient pateras bromio libare bibaces,  
 Et famam Paphiæ sacrificare deæ.  
 Atq; vtinam non te effingant sibi, turpibus vrbis  
 Moribus inficiant, effigentq; suis.  
 Atq; hinc qui mores sanare adueneris ægros,  
 AEgrotare opifex languidus incipias.

Hæc

Hæc recino, sed non stolido temerarius ausu.  
 Debitor at zelo fidus vbiq; tuo.  
 Nec tua dona, tuam cupio sed (crede) salutem.  
 Datq; amor hos animos castus, amica fides.  
 Filius, atq; cliens tibi sum. iure ergo parenti,  
 Et domino timeo perniciofa meo.  
 Cuncta hominũ imbecilla ætas, perlubrica ad omnem  
 Heu lapsum, Veneris cunctipotensq; manus.  
 Hinc vbi libertas, & copia, læna voluptas  
 Dura solet Veneris subdere colla iugo.  
 Inde precor meminisse velis, quis. quantus. & ad quid  
 Veneris huc, qualemq; esse te vbiq; decet.  
 Si genus Augustum es, augustos ne exue mores.  
 Si Princeps, nulli subiiciare cliens.  
 Si Præsul. si idem Antistes, tibi nemo beatis  
 Præfideat musis, moribus atq; piis.  
 Si Dux es. præcede tuas virtute phalanges,  
 Instrue. sub iustoq; ordine duc acies.  
 Si medicus datus es. morbos curato scelestos,  
 Mystrarum ac populi: non tamen ante tuos.  
 Si quoq; pastor ades, palanteis coge capellas.  
 Desertum tanto tempore pasce gregem.  
 Si pater es, desolatos heu respice natos,  
 Vix Christi sacra religione fatos.  
 Heu nullo fidei nutritos lacte misellos,  
 Nutrix queis mammam prouida nulla dedit.  
 Eia age non genitus, quom nam nascetur? & illum  
 Qui nondum est natus, quis precor enutriet?  
 Mota me insanire aliquis fors mente putabit,  
 Perq; infomnia me vanida verba loqui.  
 Cedo libens, verum non hoc ænigma putato.  
 Effringam vt pateat nucleus ecce nucem.  
 Hismaelitam quæso ne Ecclesia Christo  
 Concepit? quonam dic genitore Pater?  
 Et Gueuarra olim, Salmanticus & Saracenos  
 Non Christi sponsæ progeneret? nihil.  
 Concepit non ipsa parens Ecclesia, quare?  
 Fœtum nam sola concipit illa fide.  
 Inuitis ne est vlla fides? quis credere suavit?  
 Ignaros Christi dogmata quis docuit?  
 Qui genuerit? tibi sed non Ecclesia natos.  
 Progenuit, peperit commoda vterq; sibi.  
 Inde parens male conceptum, male facit abortum.  
 Partu incredulitas strangulat, atq; necat.

## IOANNIS BAPTISTAE,

Nec prolem tibi Christe: sed hoc venatus vterq;  
 Isto est aucupio splendida dona sibi.  
 Optatam simul ac sunt naēti deniq; prædam,  
 Quæ cura illorum, quos genuere fuit?  
 Hinc bene nec genitus, bene nec conceptus, abortus,  
 Non natus quòd sit quis tibi Christe neget?  
 Antonius nisi Calcena, Antoniusq; Remires  
 Huic succurrissent, qui interisset erat.  
 Occurrere simul Gaius, Rubiusq;, iacenti  
 Suppetias misero dexter vterq; tulit.  
 Pro fuit hocq; nihil, robur defecit in vno  
 Erardo. infecta hinc res manet, atque iacet.  
 Illi nimirum naēti sua vota, abierunt.  
 Hinc Gaius potuit quid, Rubiusq; nihil.  
 Diuisere tamen magalia, pascua, caulas  
 Cuiq; gregi, ac proprius sic datus vpilio est.  
 Non tamen heu reuocet qui erroneus, morbida sanet,  
 Qui scabiem curet, pascat, agatq; gregem.  
 Sed sibi qui studio pernox & perdius omni  
 Insudet lucris, peruigiletq; suis.  
 Errat quisq; suum ad libitum, perq; auia currit.  
 Est neq; qui aspiciat, quiue reducat adest.  
 Pastores heu penè omneis inscitia cæcat.  
 Atq; famem curat pascere quisq; suam.  
 Ergo in Idumæam erronem quis ducet in urbem  
 Christi munitam? nescius? erro? procax?  
 Hinc nisi tu patrios oculos aduerteris. idem  
 Præsul, dux, medicus, pastor, & ipse pater.  
 Haud dubium Christo quin iam nothus omnis Agaræ  
 Vi male conceptus, vi male progenitus.  
 Obstetricis inops, nutricis & indigus omnis.  
 Decumbet misera, nec mora longa, fame.  
 Tesca inarata serens, auibus sua semina iactat.  
 Inq; herba pereunt non bene culta sata.  
 Quare age Magne Pater, magni per celsa Parentis  
 Stemmata. per Caroli sceptraq; sacra tui.  
 Perq; tuos titulos, præclaraq; nomina, perq;  
 Prænueros mores, Castalidasq; tuas.  
 Augustum nunc fleēte animum, miserere tuorum  
 Natorum. atq; gregis iam miserere tui.  
 Qui pastore diu viduus per deuia cæcis  
 Inscius in tenebris, lucis oberrat inops.  
 Delige pastores norint, qui sacra docere  
 Dogmata, & exemplis ædificare suis.

Et scripta

Qui isto in  
 opere Erar-  
 di productā  
 primam non  
 admiserit,  
 ipse in suo  
 corripit.



Et scripturarum qui verna per arua, virentis  
 Per saltus pascant, perq; fluenta greges.  
 Cogere qui sparfos, erranteis ore luporum  
 Tutos ad caulas qui reuocare sciant.  
 Hædos qui tenero norint quoq; lacte tenellos.  
 Tum solido rigidos atq; cibare cibo.  
 Educant, qui deducant, ducantq; reducant  
 Incolumem ad pastum, septaq; ad alta gregem.  
 Hoc facias implorat inops Saracenus, & erro.  
 Saucius exoptat, semisepultus auet.  
 Aioræ vallis Comitæ præsignis Oliuæ  
 Plæbs omnis Christum quæ sitibunda sitit.  
 Deposcit suplex, multo exoratq; precatu  
 Clæmenter miseris auxiliere tuis.  
 Id sacra iura iubent, id pontificisq; perurget  
 Nomen, pastoris cura, patrisq; boni.  
 Et ratio extorquet, iusti quam iudicis olim  
 Cogereis extra mo reddere iudicio.  
 Ergo opus Erardus quod cæpit, perfice, vtriq;  
 Laus erit, & merces tempus in omne polis.  
 Est cæpisse parum, cæptis impone lacunar.  
 Non cæptis, fini sed diadema datur.  
 Gaius adest, Rubiusq; operi tibi fidus, vterq;  
 Dedalea gressus arte regentq; tuos.  
 I æcerunt cæmenta olim, laquearia iungant,  
 Architectus erit doctus vterq; tibi.

AD REVERENDVM PATREM, AC DOMI-  
 NVM, D. FRANCISCVM STAGNAM, SA-  
 cra Theologiæ Magistrum, & Episcopum Christino  
 politanum, Eiusdem Ioannis Baptistæ Agnesii,  
 Pro præcedente opere.

*Stanya*

**G**Aude animo Præsul Christi dignissime gaude,  
 Iubilus exulta pectore, plaude manu.  
 Læticiaq; dies multos celebrentur in annos,  
 Cantentur laudum carmina læta Deo.  
 Compleuit tua vota mihi & mea, nanq; iacentem  
 En Christi sponsam, qui erigat vnus adest.  
 Fulgida lux orta est tenebris post sæcula, nobis  
 Iam, pulsã rutilat nocte serena dies.  
 Aduenit multis qui deploratus ab annis,  
 Palantes cogat, pascat, agatq; greges.

**Aduenit**

## IOAN. BAP. PRO NEOPHY.

Aduenit medicus sanet qui morbida sanus,  
 Diruta qui instauret, fracta q̄ qui solidet.  
 Aduenit qui pupillis sine patre creatis  
 Officium patria mente parentis agat.  
 Aduenit cœlo nostras demissus in oras.  
 Quem Danae magno est mixta decora Ioui.  
 Aegyde Gorgonea pectus redimitus Athenæ,  
 Mercurii petaso qui caput, ense latus.  
 Pegaseo qui euectus equo, pennisq̄ sororum  
 Germanis haustis fontibus, astra volans.  
 Campos vt Latios percurrit, & alta volatu  
 Parnasi pernix vt iuga vicit ouans.  
 Liberet vt nostram (certè ipse Georgius idem)  
 Andromedam. probris quæ interitura fuit.  
 Virtutum aduenit simul instaurator & autor  
 Sanctorum morum floridus atq̄ fator.  
 Qui factis quum dicta procul mea vincat apertis,  
 Assentatoris me eximit ille nota.  
 Nec fallor cræbro multorum quando relatu  
 Qualem opto credam, seu mea musa canit.  
 Qualis & à summo suplex deponco Tonante  
 Sit, fiat, viuat tempus in omne Deo.  
 Sitq̄ Valentigenis Lodouicus & alter, vt olim  
 Ille Tholosanis regius vsq̄ fuit.  
 Fiat vt Ambrosius, vel certè Athanasius alter  
 Sponsam vt defendat pectore magnanimo.  
 Viuat & æthereis Stridonius alter vt orbem  
 Irradiet meritis clarus in astra suis.  
 Hæc mea fida fides, mea feruida vota clientis,  
 Adfectem domino quo bona summa meo.  
 In cuius fidei testem non munera mitto  
 Aurea, sed quæ auro sint preciosa magis.  
 Non tamen Aonus hæc iunt redimita lapillis,  
 Materies gaudet simplicitate sua.  
 Tu Pater ista precor fidei munuscula nostræ  
 Quum dederis domino nomine parua meo.  
 Nec dubito quin te donante, piissimus ille  
 Suscipiet, sint hæc, qualiacunq̄, libens.  
 Orabis famuli excipiat pia vota precantis,  
 Atque Neophyti sit memor vsq̄ gregis.  
 Quorum ipsi vt medico nuper mea musa paterna  
 Curanda exposuit vulnera cœca, manu.  
 Hiis quoq̄ tu studis animo aspirato secundo.  
 Res est non minimi ponderis ista quidem.

Nec

AD AEGROT. REVER. ARCHIEPI. Fol. 52.

Nec tibi parua polis merces erit inde, procures  
 Vitæ si miseris commoda certa. Vale.

AD ILLVSTREM OLIVAE COMITEM DOMI-  
 num Franciscum à Scintillis, pro exostulatione, ad Illustris.  
 Archiepiscopum ægrotantem Puteolo.

**N**ostri Pontificis quum sis cultissimus vnus,  
 Toto inconcussa, pectore, mente, fide.  
 Obsequio cupias illius & adfore tecum  
 Quæ sunt arbitrio subdita cuncta tuo.  
 Quum tuus atq; ego sim totus, tibi feruidus vni  
 Et cupiam studis vsq; placere meis.  
 Mitto tibi querulos ægro pro Præsule nostro,  
 Lugens quos fudit mœsta camœna modos.  
 Vt Scintillarum radiis lustrata tuarum,  
 Miseris ista illi nomine septa tuo.  
 Non modo non temnet xenium rude, pectore celso,  
 Magni sed faciet, suscipietq; libens.

AD ILLVSTRIS. D. DOMINVM GEORGIVM  
 ab Austria, Reuerendis. Archipræsulem Valeñ. Eiusdem Ioan.  
 Bap. querula exostulatio, in illius aduersam valetudinem.

**C**vi querar? ah læsus quem contra conquerar? atrox  
 Crudeli cogit plaga dolore queri.  
 Infirmata iacet virtus mea, languida crudo  
 A Egrotat morbo nam mea cuncta salus.  
 Tam longis optata diu per secula votis,  
 Vix data nos vitæ lux fugiet miseros?  
 Vix genitos genitor desolatos ne relinquet?  
 A Egrotos medicus deseret atque suos?  
 Deseret atq; lupis viduas custode cruentis,  
 Heu heu quas pastor cogere cœpit oues?  
 Et nihil instructas acies dux deseret armis  
 Omnibus exertas, agmen inerme suum?  
 Tamq; diu optatus, tam sero missus, in hora  
 Nos pater, ah miseros deseruisse libet?  
 Inuadent nos ecce lupi, te absente rapaces.  
 Desertas vrsus dilaniabit oues.  
 Hinc vbi diffugium miseris erit? orphano & vnde  
 Auxilium? ad cuius confugiemus opem?

Nostris

## AD AEGROT. REVER. ARCHIEPI.

Nostris heu medicus, dictu miserabile, languet  
 Deliquis, nostra heu languida vita iacet.  
 Nostris Sol nebulis, nostris obuoluitur vmbriis,  
 In noctem versa est nostra serena dies.  
 Chirurgo antiquata diu nostra vlcera, digna  
 Non fuerant, nulla digna salutis ope.  
 Est nec plaga leuis, neve in cute, ad vsque medullas  
 Lætalis serpsit viscera ad ipsa lues.  
 Crudelis morbus, quin desperabilis omnis.  
 Nullus cui medicus. nulla medela satis.  
 Vnus tu poteris diro succurrere morbo.  
 Nostra vnus poteris cuncta leuare mala.  
 Omnem idem nostram quin tu instaurare ruinam,  
 Et poteris pulsa reddere nocte diem.  
 Immeritus tanto cœli sed munere noster  
 Est æger. toto vt iam cadat excidio.  
 Extramo langues nostro Pater (hei mihi) damno.  
 In te quin languet nostra. iaceretq; salus.  
 Elanguet virtus tecum, languentq; camœnæ.  
 Orbariq; suo pallet Apollo die.  
 Læticia abscessit. risus procul omnis abiuit.  
 Omnia nos tecum destituere bona.  
 Sunt vbi nunc nostri Hippocrates? doctiq; Galeni?  
 Nullus adest nostro quur Auicenna Patri?  
 Et non Reynerio medicorum est omnis in vno  
 Docta manus? languet nostra quid ergo salus?  
 Ille quidem ad superos potis est reuocare sepultos.  
 Nullam & quit viuo ferre salutis opem?  
 Deliquium non Reynerii, non artis, obesse  
 Impia quis tandem crimina nostra neget?  
 Proluues ne mudentur nostræ, aruit amnis,  
 Occumbit, nos nox vt premat, ecce dies.  
 Vlcerâ curentur ne nostra heu putida Chiron  
 Languet. abest medicus. languidus vt pereat.  
 Omnis abest te absente salus, Pater, omnis vbiq;  
 Læticia est luctus. ipsa quiesq; labor.  
 Crudis immeritum morbis ergo exime corpus,  
 Adueniens nostris exue nosq; malis.  
 En Christi natalis adest lux, effice lætos  
 Aduentu Præsul nos age magne tuo.  
 Cassatam hanc ni opifex properè repetueris vrbem.  
 A Egrotis medicus suppetiasq; feras.  
 Haud mora procumbet robur nostrum omne. miscellis  
 Spes certa optatæ nulla salutis erit.

EXCEL-

EXCELLENTISSIMAE DOMINAE MENTIAE  
Calabriae Duci, Ioannes Baptista Agnesius.



Mportuna in luctu musica, intempestiva narratio. Ante quadragesimale ieiunium, Serenissimo coniugi tuo Excellentissima Princeps, festivi tunc temporis festi-uum pararam colloquium Romani Paschini, & Valentini Gonnari. Misero, laetitiae interrupit filum crudelis nuncius, adfirmans dulcissimam Iuliam tuam felici martyrii sui consummatione, mortem commutasse cum vita. Fateor illicet mens omnis excidit, elanguit animus: totusque spiritus flebilem prorupens in luctum, Ferdinandi tui, Isabellaeque inquam collugens sortem, tali destitutos solatio, amare fleui. Atque parum post reditus mihi, meo, id est, facili stilo, eidem Fernando tuo, Isabelaeque tuae. Quin & tibi elegiam consolatoriã cecini equidem aegrotus, & aeger, quam tibi cultissima Musarum Princeps, dispungendam mitto. Vt si dignam prudens iudicaueris, cui praecipue destinatur, legendam tradas. Mittoque pariter idem colloquium, licet non huic tempori tempestiuum, sed non lectu omnino inuicundum, mea me nisi fefellit opinio, utique tunc legendum, quando imperus effreni luctus emarcuerit, & mœroris nebula exhalauerit. Retendendus est enim aliquando sapientibus mœroris arcus. Atque ita opellum colloquii, tanquam sagittam arcu semel emissam, quae reuocari nequit, sapientissimi arbitrii tui condendum pharetra, vel prodendum quando & quomodo licuerit, eò audentius mitto, quò iustius te tuaque studia multiplici iure ab primæua tua ætate admiror, obseruo, & colo. Sed iam diu cultissima virtutum, atque Musarum Patrona Vale. Collheræ. 7. Martii. 1542.

*Engonari*

AD SERENISS. DOMINVM FERDINANDVM  
CALABRIAE DVCEM, IN MORTEM EXCELLENTIS-  
simæ sororis Iuliae. Eiusdem Ioan. Baptistæ Agnesii,  
Elegia consolatoria.

**C**Armina laetitiae Princeps festiua pararat  
Musa tibi, lætis serua mista iocis.  
Temporis illa sui fuerant, vrbs tota Salerno,  
Læto adplauderat milite quando, tuo.  
Illa suo non sunt sed tempore missa, sinistra  
Nuncius oppedit, nuncia iniqua ferens.  
Tempus laetitiae mœrori celsit amaro.  
Lætitia occubuit, risus & omnis abit.  
Lætitia luctus successit, & omnia cæcis  
Obtexit tenebris flebilis ecce dolor.

Occidit

## ELEGIA CONSOL.

Occidit heu Calabri soror inclyta Iulia Magni  
 Augustæ occubuit gemma pudicitia.  
 Occubuit probitatis honos, virtutis honestas.  
 Fœminei generis gloria, luxq; iacet.  
 Solis vt occubitus lucem simul occulit omnem.  
 Atq; diem tenebris nox fugat atra procul.  
 Iulia sic vitam cœlo dum condidit, orbi  
 Abstulit & lucem, lætitiæq; diem.  
 Risus in lachrymas, in tristeis gaudia luctus  
 Conuertit, totum est lugubre quidquid adest.  
 Sed vis ni expulerit rationem cœca doloris,  
 Lætis, non mœstis Iulia danda foret.  
 Iulia non fato vitam finiuit, acerbam  
 Sed mortem, moriens desuit illa mori.  
 Atque malis vitam producere, viuere dices?  
 Vita oppressa malis, mors diuturna quidem est.  
 Viuereq; infaustam vitam, producere mortem est,  
 Sicq; diu viuens, emoriturq; diu.  
 Iulia martyrio diuturni torta doloris,  
 Martyrium moriens finiit ecce suum.  
 Te mors nec vicit. vicisti Iulia mortem,  
 Victrix viua manes. mortua morsq; iacet.  
 Iulia sic vixit moriens, vt mortua viuens  
 Mortem quottidie vinceret illa suam.  
 Lucta igitur cum morte fuit tua Iulia vita.  
 Mors cecidit. victrix vita triumphat ouans.  
 Ergo fuit tua mors, non mors, victoria vitæ  
 Sed fuit, ad vitam transitus, atque via.  
 Mors pia mortis adest mors, vltima meta malorum  
 Vitæ, totius principiumq; boni.  
 Nauifragis portus, iustis pons, ianua ad astra.  
 Optata est fessis tuta beata quies.  
 Quid tua deseruit si terras Iulia? liquit  
 Si mortem? vitam, si astra petiuit ouans?  
 Hoc Fernande doles? Isabella hoc hei mihi luges?  
 Sancta vbi religio est? Regia vbi alta fides?  
 Carceris ah luget quis dura repagula tetri?  
 Quis libertati redditus atque dolet?  
 Regnis si Ausoniis Magnus te Cæsar auitis  
 Donaret. fleres nunquid & inde dolens?  
 Eripuit pedicis, faustam Deus atque sororem  
 Donauit cœlo, flebilis atque doles?  
 Non lugenda igitur seu mortua Iulia, non est  
 Mortua, nam vita est non spoliata sua.

Non

## AD EXC. DVC. CALAB.

Fol. 54.

Non moritur, vitam qui non amittit. at illa  
 Non vitam amisit, quin magis immò tenet.  
 Vita quidem Christus, moriens non Iulia Christum,  
 Amisit, non est mortua, viua manet.  
 Iulia quom potuit moriens dimittere Christum  
 Toto quem vitæ tempore quæsierat?  
 Quæsiuit semper, strictisq; amplexa lacertis  
 Vnum præ vita semper amauit amans.  
 Quem semper coluit, casto quem pectore semper  
 Inclusum tenuit, deseruit moriens?  
 Principio, medioq; bono, non deniq; finis  
 Non melior. fini nanq; corona datur.  
 Principio cupiit, medio quæsiuit, amauit,  
 Fœlici Christum fine beata tenet.  
 Purgauit longis tua Iulia crimina damnis  
 Christus, ditauit te meritisq; tuis.  
 Exilio absoluit, mortis fregitq; catastas.  
 Excepit reducem sedibus atq; suis.  
 Quodq; tuo terris capiti diadema negauit,  
 Donauit regum Rex super astra tibi.  
 Exulta Fernande igitur, lætare Isabella  
 Lætitiæ festos concelebrate dies.  
 Germanæ adgaudete bonis, Dea Iulia olympo  
 Ter fœlix vitæ regia sceptrâ tenet.  
 Mundi euulsa malis fruitur faustissima cœli  
 Tuta bonis, Christo viuit amica suo.  
 Sed dabis hinc veniam, quoniam lenire dolorem  
 Ausa est musa tuum rustica inepta modis.  
 Non ea nam tanti est, opis es nec tu indigus huius,  
 Ad mala qui assuetus tam veteranus ades.  
 Et nosti sapiens vanum esse dolere dolorem,  
 Auget quem potius, quàm leuat ipse dolor.  
 Ast isthæc cecini fidi tibi vbiq; clientis  
 Vt sit notus amor. notaq; fida fides.

EIVSDEM IOAN. BAPT. AD ILLVSTREM  
DOMI. FRANCISCVM A SCINTILLIS,  
Oliuæ Comitem, pro eius filio D. Petro puerulo.

**Q** Vis puer hic, vernant vultu cui pulchra decoro,  
 Candida purpureis lilia mista rosis?  
 Aurea cui rutilos distinguit bractea crines?  
 Frontem cui inuictus Mars dedit indomitam?  
 Cui vegetis geminus rutilat Zapphyrus ocellis?  
 Cui minio tinxit pulchra labella Venus?  
 Margaritarum nitidis cui dentibus ordo  
 Muro seu gemino munit ora decens?  
 An puer hic Semeles? tuus aut Amathuntis Adonis?  
 Est vel quem peperit lactea Liriope?  
 Non hic, illorum ac neuter, quis hic ergo? pudica  
 Quin Marti enixa est quem Cytherea suo.  
 Scintillarigenæ Venus hunc Cardonia Marti  
 Enixa est casto casta puerperio.  
 Iudomitum inuicti hunc fulmen promitto futurum  
 Mauortis, patri persimilemque suo.  
 Fortunæ ast opto sis dexterioris, & illo  
 Si minor haud animis. maior at vsque bonis.  
 Viue diu Cardonarum iubar atque Craonum,  
 Veracem meritis me effice fatidicum.

FINIS.



COLLOQ. PASCH. ET GONN. Fol. 55.  
IOAN. BAP. AGNE. ILLVST. D. FRANCI-  
sco à Scintillis, Oliuæ Comiti.

**O**Cia coniiicies Comes Inelyte quanta supersint.  
Sacris post habitis ludere quando iuuat.  
Seria non semper tetricosq; grauesq; Catones,  
Nec risus mimos, nec ioca vbique licent.  
Aptari nam quæq; suo pro tempore debent,  
Læta quidem lætis, tristia lugubribus.  
Tempore ludorum læto, mea ludere lætum  
In tempus voluit læta Thalia iocis.  
Contigit hoc fato, non voto, audita referrem  
Paschini ac nostri carmine dicta rudi.  
Quintam intra lucem calamo hæc currente notauî,  
Parces Gorgoneo si inde nitore carent.  
Mitto tibi expolias, Magno Calabroq; polita  
Mittas, grata aderunt, nomine missa tuo.

AD EXCELL. D. FERDINANDVM CALAB. DV-  
cem, Colloquium Romani Paschini, & Valentini Gonnari.

*Gonnari.*

**F**ortè via nuper, vulgò est quæ hac vrbe Sagunthi  
Dicta, meas starem quum pedes ante fores.  
Præteriens quidam me adiit peregrinus, & hospes  
Hac Gonnarus, ait, quam colit vrbe domum?  
Hæsito, moxq; animum reuocans. non incolit inquam  
Ille domum, dorso tentus at vsque tenet.  
PASCHI. Nota refers, inquit. sapiens bene qui regit idem  
Tentus, nonne domum sustinet ille suam?  
BAPTI. Aede precor si hominè nosti. BAP. Non ille homo, saxū est.  
PASCH. Ut saxum firmum qui regit esse licet.  
BAPTIS. Omnibus est notus, neq; non notissimus vnus,  
Est simul atq; arcto vincetus amore mihi.  
Ergo Gonnarum simul introductus in urbem,  
Ut vidit, visi procidit ante pedes.  
PASCH. Atq; ait. PAS. O salue, salue faustissime salue.  
GONNA. Et quoq; tu salue ter, quater, ac decies.  
Et quis tu qui me toties saluere peroptas?  
Vnde age & huc nobis puluerulentus ades?  
PASCH. Sudorem hunc debes mihi. nam me abduxit ab vrbe  
Huc tua magna huius gloria & vrbis honos.  
GONNA. Gloria? quæ mea? sum nam fama inglorius, vni  
Vix notus. nomen quin age pande tuum.  
PASCH. Ergo tuas vnquam Paschini nomen ad aureis  
Non venit? toto cognitus orbe vocor.  
GONNA. Nimirum, spergis totus vocalis ab Euris

H In Ze

## COLLOQVIVM

- In Zephyros. patriæ facta beata tuæ.  
Et tanti Paschine tibi quæ causa laboris?  
Vertice deserto quid petis inde pedes?
- PASCH. Non ea nostra fides, vestram contendere Romam  
Roma cum nostra publica fama refert.
- GON. Roma caput mundi, regnorum gloria, vertex  
Musarumq; parens, religionis honos.
- PASC. Vestra meæ par est non Roma per omnia Romæ?  
Summum deme, patrum conciliumq;, eadem est.
- GONN. Num vitis, an deliciis? nam flagitiorum  
Libertas laxas pandit vtriq; manus.
- PASCH. Parce maledictis. veniæ nam copia nobis  
Ditior, à nostro nonne ea fonte fluit?
- GONNA. Effluit à vestro nostrum mare fonte, fluentis  
Indemnem vestris omnia quæq; licent.
- PASCH. Impunes non nostra finit sed Roma scelestos.  
GONN. Nostra coronatos ditat, honorat, amat.
- PA. GON. Effugium reprobis nusquam Romæ. GO. Excipit amplo  
Nostra, velut pelagus flumina cuncta, sinu.
- PAS. GO. Id quare? GO. Claudunt Astrææ lumina. & aures  
Vis inuicta precum, cæca rapaxq; sitis.  
Proruit inde nefas effræna licentia in omne.  
Nulla vbi lex terret. pœna nec vlla malos.
- PASCH. Paucorum vitio reliquos ne obuolueris omneis.  
Sunt mala mista bonis. sunt bona mista malis.
- GON. PA. Iuridicum plæriq; pii. PAS. Plæriq; cruenti.  
Spectandus factis est tibi quisq; suis.
- GONNA. Ergo huc te attraxit nostrorum fama malorum?  
Nulla ne sunt Romæ? visere nostra venis?
- PAS. GO. Quin bona. GO. Quæ? misit quæ Roma ne? nostra rapinæ,  
Sunt lites, cædes, spurcaq; furta, strophæ.
- PASCH. At rabulis fraus nulla tamen, mendacia nusquam.  
Causidicis nullus. nulla cauilla, dolus.
- GONNA. Toti sunt isthæc orbi communia. sed iam  
Dic bona quæ nostra visere in vrbe putas.
- PASCHI. **P** Rætereo inter multa situmq;, solumq; perenni  
Irriguo verna tempericq; virens.  
Totum iure quidem regnum vernum esse viretum  
Elysii, tempe dixeris Aemoniæ.  
Vrbis quid cultus referam? populosq; frequenteis?  
Huc toto orbe hominum confluit omne genus.  
Nulla parens natos proprios sic excipit, omneis  
Excipit externos vrbs velut ista sinu.
- GONNA. Quid mirum? primis hanc incoluisse sub annis

Externos

- Externos urbem fama vetusta refert.  
 PASCHI. Fortè alienigenas hinc excipit ampla, fouetq;  
 GONNA. Externis genitrix, inde nouerca satis.  
 PASCH. Ingenia atq; vbi sunt fabrilia ad omnia tantum  
 Apta: & vbi regnat docta Minerua magis:  
 Musarum studium nusquam florentius, artes  
 Parhisia vernant non magis vrbe sacra.  
 Sunt Arpinates vbi mille: vbi mille Marones:  
 Cæcropiam huc urbem iure migrasse putes.  
 Mille Diascorides hic sunt, hic mille Galeni.  
 Legum doctorum nullus at hic numerus.  
 Militiæ & quo maior honos: quo splendor honoris  
 Altior: & Procerum quo magis turba frequens:  
 Quot Fabios, quot Fabritios hac credis in vrbe  
 Inuenies: Comites, Martigenasq; Duces:  
 Alphonfi virtus cui non est publica magni  
 Regia. germanæ quo cecidere manus:  
 Inclyta Gandensis quoq; cui non Borgia fama est  
 Cognita magnanimi claraq; facta Ducis:  
 Martius est animus Comitum vernantis Oliuæ,  
 Inuictumq; animi fulmen in astra micat.  
 Horum equidem si animis non quisq; Themistocle maior.  
 Est Fabio neuter, nè e Pericle minor.  
 Hesperia fieres vt sola Valentia primas.  
 Ad rerum summam, tres tibi defuerant.  
 Ausonius Numa, & Idaliæ formosus Adonis:  
 Altrix Mnemosyne Castalidumq; parens.  
 GONN. Frange nucem, nebulis quid mentem inuoluis opacis:  
 Sunt oracla tua hæc Pythia: frange nucem.  
 PASCHI. Nonne tibi Calaber Princeps diadema: Salernus  
 Accessit formæ flos tibi, summus honos.  
 GON. PA. Ecquæ Mnemosyne: PAS. Mentia hæc inclyta Princeps  
 (Mentis nomen habet) Pieridumq; iubar.  
 His tribus est nostra non vestra Valentia Roma.  
 Omnibus & toto ditior orbe bonis:  
 Quis vestras numerabit opes: cultumq; superbum:  
 Nympharum mundum, virgineumq; decus:  
 GONNA. Hinc & obærata coguntur egere senecta  
 Multi, effusores insequiturq; fames.  
 PASCH. Hinc pater & natus studio luctantur iniquo.  
 Colligit hic damno, ventilat iste suo.  
 GONNA. Sic & vterq; malum diuerso tramite ad vnum  
 Concurrunt, animi hic, illeq; mentis inops.  
 PASCH. Hinc male parta, breui male dilabuntur in hora.

H ~~Z~~ Mendicat

## COLLOQ. PASCH. ET GONN.

- Mendicat locuples indigus, inde fame.
- GONNA. Personatorum Romæ num ditior vsus?
- PASCH. Par penes, sed vobis laxior, improbior.
- GON. Non persona sacros equites, hac vrbe Diales  
Effingit, Veneres nullaq; larua viros.
- PASC. Tyndaridum at non hic numerus, quæ vincere Daphnem  
Forma, Penelopen quæ probitate queant.
- GONN. Quam credas diua magnum formosa Philarchum  
Forma quæ prædam facit honesta suum?
- PASCH. Si Lædam dicis, præstat. si dixeris Hersen.  
Si Danaen, vincit, pulchrior vna tribus.
- GO. PAS. Est Cytherea? PAS. Immo quin formosissima Psiche.  
Pulchra suo Paphium nam premit ecce iugo.  
Conqueritur Procris raptum viduata maritum,  
Quòd teneas pedicis Aurea Dia tuis.
- GONNA. Solue tuo Capto nodos Dea, solue cathenas,  
Ipsam redde suis. quin age redde sibi.
- PASCH. Sed vereor ne capta tuis tenere catastis,  
Victrix & victo subiiciare tuo.
- GONN. Quæ sophiæ species, iuuet ah labor, & dolor? ipsa  
Vincula sint summum, pœnaq; delictum?
- PASCHI. Cœcutiunt omnes medio quia lumine amantes.  
Quòd pueri, amentes, nonne Cupido probat?
- GONNA. Nostra hoc lingua Valens & amantes dicit in hamo
- PASCH. Amentes captos. PAS. Hoc ne Latina magis?  
Id, quod amans, amens. dos est amentia amantum.
- GONNA. Damna lucrum, miserum, non miserum esse putant.
- PASCH. Dulci at formosæ insanire furenter amore,  
Insanus quòd sit gloria summa negat.
- GON. PA. Hoc Paschine refers sano num vertice? PAS. Sano.
- GONNA. Nemo ergo insanus, sanus & omnis amans.  
Pro Christo insanire quidem sapientia summa est.  
Hæc tua Romulidum summa ne consilii?
- PASCH. Toti terrarum Veneris puer imperat orbi.  
Cuncta premit victor sub pede sceptrum suo.
- GONNA. Hoc hominum vitio, ratio nanq; omnia præstat.
- PASCHI. Mens abit, & ratio est nulla, vbi regnat amor.
- GONN. Amentum domus est quæ ergo Valentia dicta?  
Amentes omnes nam sine mente sumus.
- PASCHI. Nostræ hoc æquavit se vestra Valentia Romæ.  
Induit effinxit nostra ita cuncta sibi.  
Inter vtrancq; vt nil morum discriminis insit:  
Sed nostros præstat vestra Minerua. vale.

AD ILLV.

ELEG. CONS. AD DVC. CARD.  
 AD ILLUSTRIS. DOM. FERDINANDVM  
 Cardoniae Ducem. In mortem Illustris. Dom. Franciscæ  
 Manriques illius coniugis. Ioan. Bapt. Agne. Elegia.

**L** Vgerem mortem Dux Inclyte coniugis, vllis  
 Lugeripotest si tamen illa modis.  
 Occubuit non parua domus pars, proxima primæ,  
 Quin quæ cum prima prima, eademq; fuit.  
 Occubuit Princeps generis muliebris, honestas,  
 Virtutum specimen, nobilitatis honos.  
 Hæc Franciscæ Ducis Nageræ olim filia magni,  
 Hæc Manricorum lux, generisq; decus.  
 Progenies præclara Ducum, Regumq; progago  
 Inclyta, qua Hesperium nomen vbiq; micat.  
 Hæc Superillustri Cardonæ sorte superna  
 Connubii nodo casta iugata Duci.  
 Ut quater acciuit pleno te ventre Fluona,  
 Natarum est totidem facta beata parens.  
 Quarum sortitus primam Dux ille Segobris  
 Regius, effragit qui arma Saguntha manu.  
 Tertia paciferæ Comitissæ bellacis Oliuæ  
 Præclarum extollit nomen ad astra toro.  
 Pulchra secunda facit Lirinum Aldonsa beatum,  
 Aitonæ Comitem sic beat Anna suum.  
 Quattuor vna rotas virtutum auriga quadrigis  
 Has iunxit Phœbo casta marita suo.  
 Florentis totidem paradisi plena fluenta  
 Hæc sunt, Hispanum queis viret omne solum.  
 Cum genitrice simul rutilos quis quinque pyropos,  
 Stellantis zonas orbis easq; neget?  
 Sed Franciscæ tori tua Dux clarissime consors,  
 Viuit iam victa morte beata polis.  
 Virtutum prædiues opum, castissima sanctæ  
 Integritatis honos. Gemma pudicitia.  
 Moribus augustis, meritis prælustri opimis.  
 In toto exemplar, quæ fuit orbe probis.  
 Prodigæ quæ in miseros adeo fuit vnica. cunctos  
 Palsceret vt scriptos sub ditione sua.  
 Vlcera sæpe inopum flexo pia poplite terfit.  
 Et manibus sordes abluuit, atq; pedes.  
 Digno ecquis pleetro recinat quantum pia in omneis?  
 Inq; deos quantum relligiosa fuit?  
 Certus testis adest orarius ille libellus,  
 Quem Christo dictis edidit illa suis.

H 3 Natas

Natas queis docuit Christi meditarier omnem  
 Quotidie vitam docta magistra suas.  
 Sic operum locuples, omni pia dote bonorum.  
 Sic meritis fœlix ditior vna piis,  
 Altera Francisci Pannonia, Paula vel illa  
 Stridonis coluit quam pia musa senis.  
 Fœlici mortem deuicit sine, beatam  
 Ad vitam currens, sidera scandit ouans.  
 Excæpta hinc regnis fœlix iam facta beatis.  
 Gaudet fidereis adfociata choris.  
 Ergo fleat quis Franciscam seu morte subactam?  
 Mortem nam vita vicerat illa proba.  
 Deseruit terre solum, cœleste petiuit,  
 Libera disrupto compede carnis, ouat.  
 Exiit vnâ omneis misera cum carne labores.  
 Perpetua fruitur fausta quiete poli.  
 Nullus vbi timor est, nusquam metus, aut dolor vrget.  
 Tædia nulla angunt, nulla pericla premunt.  
 Omnia fœlici adrident fœlicia, cœlo  
 Sunt cum cœligenis omnia tuta choris.  
 Non igitur lugenda vlli est Francisca beata  
 Mors tua, quæ mortis vltima meta fuit.  
 Cunctarum quæ erumnarum, quæ extræma malorum  
 Finis adest, quæ omnis principiumq; boni.  
 Nec mors est dicenda, bonos transmittit ad altas  
 Quæ vitæ sedes, efficit atq; deos.  
 Ergo age Dux cohibe lachrymarum flumina prudens,  
 Coniugis est lætis mors celebranda modis.  
 Non moritur bene qui vixit, nec mortua coniunx  
 Est tua: sed viuit tempus in omne Deo.

IOAN. BAP. AGNE. AD GENEROSVM EQVI-  
 tem Casparem Cruillas, In obitum materteræ eius, nobilis Do-  
 minæ Mariæ Magdalenes Cruill. quæ Iunii. 5. mi-  
 grauit. Anno Domini. 1539.

**Q**ueis ego nunc lachrymis te quòd matertera Caspar,  
 Me quòd deseruit dulcis amica fleam?  
 Dulcis amica fuit nodo mihi casta pudico.  
 Altera vera fuit mater & illa tibi.  
 Deseruit nos vnâ duos te mater, amica  
 Me, mihi quæ pariter nata, sororq; fuit.  
 Abstulit hanc nobis mors inuida, reddidit astris.  
 Sed virtus meritis ditior atq; beat.

Improba

## IOAN. BAPT. CARM. FVNEBR.

Improba Magdalenen mors cruda necasse Cruillas

Quid prodest: victrix viuit, & ipsa iaces,

Corpore vbi spoliās, erumnis nescia mille

Exuis, innumeris eximis atq; malis.

Quid vita est hominis nisi cura, perenne periculum,

Pœna, labor, luctus, mors diuturna, nihil?

Lugendum ergo nihil, mortaleis si exuit auras,

Nam moriens mortem finiit, haud obiit.

Quum iusto pedicas carnis mors rumpit, olympi

Emeritum superos expedit ire polos.

Magdalena ergo malum mors ne intulit, inclyta cœlo

Excæpta est, vitæ perfruiturq; bonis.

Nobis heu damnum facit præ grande, misellos

Nos hei nudauit matre, sorore simul.

Atq; pudicitia nuptis exemplar adæmit,

Heu quasi nudauit quin probitate probas.

## IDEM, AD EVNDEM.

**N** Vbila fit quantum mens ipsa dolore, litu ris

Coniicies, veniam Caspar amice dabis.

Carmina Pieridum dictauit nulla doloris

Sed furor impatiens, hinc male compta iacent.

## EIVSDEM IOAN. BAPT. AGNE. IN OBI-

tum Ioannis Baptista Theodori fratris sui. Qui obiit

anno Domini, 1516. Decemb. 19.

**B** Aptista hoc tumulo Theodorus conditur atro.

Terra cadauer habet, spiritus astra tenet.

Hunc miserè terris mortalem protulit ortus.

Mors immortalem misit acerba polis.

Hunc duodennem mors primo de flore iuuentæ

Crudelis rapuit, regna sed alta beant.

Hunc immaturè queritur Parnasus ademptum.

Musis nam specimen dulce futurus erat.

Præreptum Aonidum chorus & sibi mæret honorem.

Adscriptum at regnis gaudet Apollo suis.

Præripuit lapsus mors immatura ruendi,

Occidit, posset ne male & ille mori.

Occidit pia, ne multis moreretur in annis.

Longa quid & vita est, mors nisi longa? nihil.

Abstulit hinc vitam non mors tibi, quin dedit immo.

E morte in vitam transtulit ecce polis.

H 4 PRO

IOAN. BAPTISTAE;  
 PRO IMMORTALI BONARVM LITERARVM  
 patrono, Lodouico Viue Valentinate nostro. Eiusdem Ioannis  
 Baptistæ Agnesii ad urbem Valentiam, Semperuiuæ  
 ferto coronatam, id est, ipso Viue.

**V**ives, æternos & Semperuiua per annos,  
 Nomine florebis Viuis ubiq; virens.  
 Viui nascenti nomen mortale dedisti.  
 Immortale tibi nomen at ille dedit.  
 Imposuere tibi Reges diadema metalli,  
 Viues at Semperuiua corona tibi est.  
 Stemmata nonne auri stemma est preciosius omni  
 Ille tibi? fulges quo precor ipsa magis?  
 Reddidit Illustrem totum te nonne per orbem?  
 Vno immortalis gloria Viue tua est.  
 Mors in Viue tuam molita extinguere vitam  
 Occidit. illi tu hinc viuis, & ille tibi.

EIVSDEM IOANNIS BAPTISTAE,  
 ad ipsum Lodouicum Viuem.

**O**mnis vita hominũ quum sit mors, quis tibi dixit  
 Dic, Viues? nunquid non moriturus eras?  
 Ad mortem vita est omnis via, currimus omnes  
 Ad mortem tacito diues, in opsq; pede.  
 A morte ordimur vitam. mors, vita simulq;  
 Nobiscum currunt, finis at ipse rogas.  
 Ad mortem mortis currenti tramite, vates  
 Quis viues dixit, dic Lodouice tibi?  
 Omnis vita hominum ludus, quo illudimur omnes.  
 A ludo victor quur age nomen habes?  
 Moribus at musis ludum hunc vicisse probaris.  
 Vicisti mortem, te nihil illa, iacet.  
 Vicisti hinc musis. vicisti moribus almis.  
 Hinc Viues terris, tempus & omne polis.

EIVSD. IOAN. BAP. IN OBITVM REVERENDI  
 Ioannis Gomis Concionatoris Valentini, Ad ipsam mortem.

**F**lla Gomis Lachesi rupisse quid inuida prodest?  
 Ille astris viuit, mortua tu moreris.  
 Finiuit vitam, quin mortem. vita homini mors  
 Est diuturna, igitur desiit ille mori.  
 Ecquur non vitam diuturnam deniq; mortem.  
 Dixeris?



## CARMINA FVNEBRIA.

Dixeris: atq; malis viuere nonne mori est?  
 Iustis vita labor, carcerq;, angorq;, dolorq;.  
 Sed reprobis mors est, vita, cruenta magis.  
 Quotidie reprobis moritur, nec desinit, immo  
 Incipit inde mori, quum miser emoritur.  
 Contra sed iustus moritur semel, incipit atq;  
 Viuere quum moritur, nascitur vnde polis.  
 Quid Gomis ergo tibi nocuit mors? mortis adæmit  
 Vincla, immortalem restituitq; Deo.  
 Fœlix si, vt dixit, semper vixisset. at istud  
 Commune omnibus est mortis vbiq; malum.

EIVSDEM IOAN. BAPT. AD NOBILEM DO-  
 minam Angelam Zabatam, Argiritæ D. In obitu nobilis  
 integerrimæq; Dominae Lucretiæ parentis eius.

14. Nouemb. 1526. Elegia.

**Q**uod non credideram fieri quod posset, in æuum.  
 Nunc mea discussa lumina nube vident.  
 Induit eclypsim cœlo mea luna sereno,  
 Astro, non rutilo sole, latente solo.  
 Non tamen id fidei succumbit, Angeli vt vlla  
 Lugubres causa vel ratione fleant.  
 Vincitur at visu ratio. nam pacis amaris  
 Ecce madet lachrymis Angela tota suis.  
 Sicelidam Cyanen in consolabile flentem  
 Vulnus, si videas, credere iure potes.  
 Ista nisi dulcem quod matrem deslet ademptam,  
 Raptam Perzephonem lugeat illa deam.  
 Lactea tundentem duris heu pectora palmis  
 Si videas, rutilas & laniare comas.  
 Casta in bellona formosam iure Dionem,  
 In Paphia doctam Pallada flere putes.  
 Formosam queruli gemitus, lachrymæq; decebant.  
 Vndarent roseas quum sine fine genas.  
 Audisses niueam mitem sine felle columbam,  
 Turturis aut gemitum, quæ viduata viro est.  
 Cui desolatam, miseram cui linquis amicam?  
 Heu natam genitrix deseris ergo tuam?  
 Non inimica tuis fueram contraria votis.  
 Non vnquam iussis dura proterua tuis.  
 Me sine quo properas? natam fugis impia amantem?  
 Te sine quam fiet hei mihi dulce mori.  
 Te non deseruit, similem sibi at illa marito.

H 5 Quin

## IOANNIS BAPTISTAE,

Quin patri altricem substituitq; tuo.  
 Altera nonne manes Lucretia casta parenti,  
 Matri persimilis moribus, ac meritis?  
 Casta pudica parens, & filia casta pudica est.  
 Lactea tum nata est, & sine labe parens.  
 Mater nuptarum specimen persancta pudicum  
 Ditavit meritis saecula nostra suis.  
 Filia virtutes connectens florida musis.  
 Virtutum nitor est, Thespiadumq; iubar.  
 Hoc genitrix niueam superat sed munere natam,  
 Vnum etsi meritum facit vtranq; parem.  
 Filia quod saeli piceis versatur in vmbis,  
 Mater fidereis & cubat alta toris.  
 Parce igitur tristes iam fundere in astra querelas.  
 Causis & lachrymis Angela parce tuis.  
 Non tibi saelici est plangendum matris abitu  
 Desertis terris sidera quae petit.  
 Si matris mors est damnum, reparabile non est.  
 Frustra igitur lugens quid sine fine doles?  
 Est damnum fateor tibi, matri at summa bonorum est,  
 Maternis doleat quae pia nata bonis?  
 Mortalem genitrix vitam finxit acerbam,  
 Vel mortem: siquidem promere vera licet.  
 Atq; immortalem vestiuit in aethere vitam,  
 Quam superis mistam gaudia summa beant.  
 Nec desolatam te dicas atq; misellam.  
 Solam deseruit te quia sancta parens.  
 Angela quem virtus strictis amplectitur vlnis  
 Sit, quo nullus adest, non mihi solus erit.  
 Et non verus amor tantum sua commoda quaerit,  
 Invidet & matris filia nulla bonis.  
 Ecquid io matris tua plus solatia quaeris?  
 Ereptam matrem carcere vineta doles?  
 Desertam nec causeris, non Angela dulcis  
 Faelix te genitrix deseruisse potest.  
 Inter mortaleis dum degeret illa misellos,  
 Vnquam quae non te deseruisset, erat.  
 Et modo flammantis charitatis feruida flammis,  
 Quae nec velle caret, nec sibi posse deest.  
 Te deserturam fidam male fida parentem  
 Credes? errorem disice corde malum.  
 Praecessit faelix ideo te ad sidera mater.  
 (Ne mea verba precor somnia vana putes.)

Connubii

## CARMINA FVNEBRIA.

Connubii nodo Regi vt coniungat olympi,  
Augusta & superum sis super astra potens.

## IDEM, AD EANDEM D. ANGELAM.

**E**Vigilare tuus me flammeus Angela cogit  
Dulcis amor, somnum discutit atq; procul.  
Illepidos tibi mitto modos, sopita dolore  
Mens iacet ipsa tuo. parce, diuq; vale.

EPITAPH. NOBILIS DOMINAE *Doña Suerreia Boil*  
Lucretiæ, eiusdem parentis. *de Arenos, Rodriguez p. 39.*

**C**Asta pudicitiae dos hoc Lucretia in antro  
Conditur. immo eadem casta pudicitia.  
Clara Boilorum proles fuit vna suorum.  
Inclytus antiquae nobilitatis honos.  
Nodo Argiritæ domino connexa iugali.  
Qui Mercatorum nobile germen adest.  
Acciuit diuam pleno ter ventre Fluonam.  
Terq; tribus natis candida facta parens.  
Primus Ioannes Mercatorum decus ille est, *Viziana to. 4. fol. 158.*  
Contra germanos fulmen, & horror eques.  
Inuictis qui animis decumbens marte Saguntho,  
Tempus in omne suis gloria magna manet.  
Angela Pegasis volitans super æthera pennis  
Delicium nostri temporis atq; decor.  
Ortu ter faustos facit formosa parentes.  
Ultima, iam superos quæ tenet, Anna fuit.  
Hinc quinquagenos ortus emensa Nouembres,  
Moribus insignis, integritate nitens.  
Virtutum locuples, meritorum diues ad oras  
Fœlici superas sine volauit ouans.  
Corpus terra tenet, sed spiritus æthere regnat.  
Angela sed viuo pectore vtrunq; fouet.

EIVSDEM IOAN. BAPT. AD SEIPSVM, AN-  
niuersario die suæ natiuitatis. Martii. 30. 1542.

**Q**Vid Baptista iaces? vitæ quid stertis inertis?  
Extramo nescis te adpropiare rogo?  
Quur aliquando precor non heu respiscis? & ecquur  
Ad mentem tandem non male sane redis?  
Num Pylios credis vitam producere in annos?  
Aut te immortalem forsitan esse putas.

Mortalem

## IOAN. BAPT. LVGV. B. CARM.

Mortalem genuere tui te crede parentes  
 Mortales. similem te genuere sui.  
 Principium te habuisse palam est. ita denique finem.  
 (Ne fallare) citum certo habiturus eris.  
 Immineat tibi quod finis non adspicis heu heu?  
 Mors pulsat morbis improba nonne fores?  
 Ver fugit puerile, ardens iuuenilis & æstas.  
 Autumnusque tibi nonne virilis abit?  
 Bruma senectutis morborum obsessa procellis.  
 Quotidie inuitat sicque parare rogam.  
 Præteritum sicut fugit, fugietque futurum.  
 Vita fugit, tacito mors venit acta pede.  
 Luce duos ista, sexagintaque malorum  
 Annos heu plenos vita perægit iners.  
 Præteriti quid adest? abiit seu somnus, & umbra.  
 Ibit & in nihilum, nec mora, quod superest.  
 Euigila tandem, longam nec viuere vitam  
 Hic speres. terris est breue quidquid adest.  
 Vita senum labor, & dolor est, diuturnus & angor,  
 Omnis vita vapor, somnus, & aura, nihil.  
 Longæ igitur vitæ non te spes fallat inanis,  
 Umbræ innitaris nec malè (crede) rues.  
 Vitæ viue, cupis vitam si viuere longam.  
 Nec morti viuas ni cupis ipse mori.  
 Christo igitur viuas, moriturum te inde quot horis  
 Crede, immò iam nunc teque putato mori.  
 Lusisti vitam, moreris, malè missa lucrator  
 Dum potes, & cælo te asserere, viuus eris.

FINIS.

IOAN. BAP. CARM. FVNEB.  
ILLVST. D. IOANNI BORGIO DVCI GAN-  
diæ. Ioan. Bapt. Agne. In mortem Glauræ.

**V**oletudinarius lectulo multos iam dies decumbens, quum ino-  
pino Glauræ nostræ audito discessu, miseram hominum dole-  
rem sortem, scriptorio arrepto graphio gemebundus non in  
Glauram, quod absit, vt stilus meus vel leuiter in manes ludat, sed qui-  
dem in stultorum elogium: eorum maxime qui suæ sunt finis in curii,  
suppositum epitaphium ædidi. Quod tibi vni, vt cætera mea, dispun-  
gendum iure clientelatus mitto, hac lege, vt quom primum perlege-  
ris condendum Vulcano tradas. Vale. Nostro ex tugurio, luce di-  
ui Lucæ. 1533.

Epitaphium Glauræ.

**H**Ac quicumq; via transis, adsisse viator,  
Primatum hic primas Glaura sepulta iacet.  
Qualis vita hominum, fallax, quàm vana, probauit.  
Sit quòd & aura leuis, quòd vapor, vmbra, nihil.  
Annos regnavit sexquinos fausta beatos,  
Extendit phaleras latè ad vtrunque polum.  
Auro arcas, dapibus ventremq; inferfit opimis.  
Adrisere vni fidera, terra, salum.  
Delicias inter, pateras, interq; cachinnos  
Mundi adfluxit ouans omnibus vna bonis.  
Proh dolor, vnà vno rapuit simul omnia puncto,  
Condedit & tumulo mors inopina, vale.

EIVSDEM IOAN. BAP. AGNE. AD NOBI-  
lem Dominam Angelam Zabatam, In mortem sororis  
illius. Maii. 12. 1525.

**N**ostra tuæ fatum defleret Musa sororis,  
Si flenda vnus fletibus illa foret.  
Omnibus est lugenda diu sine fine puellis,  
Vna puellarum gemma pudoris erat.  
Formosis nec flenda minus, forma occidit omnis.  
Cumq; illa charites interiere simul.  
Interiit virtutis honos, probitatis honestas,  
Heu morum splendor, lux, decor, omne decus.  
Omnibus & non communis iactura bonorum est  
Illius abcessus: publicus atque dolor:  
Non ergo vnus, cunctorum flenda Sororis,  
Multis mors lachrymis est sine fine tuæ.  
Quin bene si sapimus, gaudendum est Angela nobis

Non

## IOANNIS BAPTISTAE,

Non tua nam soror est mortua, viuit, ouat.  
 Non moritur bene qui moritur, cui fama superstes  
 Inclyta, quin moriens desiit illa mori.  
 Omnis nonne hominis vita est mors? exiit ecce  
 Mortem hic, & vitam vestit illa polis.  
 Sed tua me illius, quæ me vrget, flamma coëgit  
 Signare hoc tumuli carmine claustra breui.  
 Celte hoc tu pario inscisum sit marmore faxis,  
 Ut cælo viuit, viuat & ipsa solo.

Epitaphiū nobilis integerrimæq; Annæ Argiritæ.

**F**ormosæ lugete diu, lugete pudicæ,  
 Defleat heu tristis vir, puer, atq; senex.  
 Fœminei generis flos hoc iacet Anna sepulchro,  
 Qua decor, & probitas, & pudor interit.

Ad idem.

Victas placaret Venerem, castamq; Mineruam.  
 Mors Annam tumulo hoc occulit antè diem.

EIVSD. IOAN. BAP. AD ILLVST. OLIVAE  
 Comitem D. Seraphinum. In mortem Illustriss. Mar-  
 chionis Brandamburchi. 8. Iulii. 1525.

**Q**uis lachrymas Seraphine tuas solabitur heu heu?  
 Lugendum quom fit iam sine fine tibi?  
 Marchio deseruit te Brandamburchius ille,  
 Nil tibi quo toto carius orbe fuit.  
 Atq; ideo æternos merito est lugendus in annos.  
 Quo nobis vita gratior vnus erat.  
 At cecidit mortale quidem: sed spiritus astris  
 Iam fœlix viuit tempus in omne Deo.  
 Non moritur bene qui vixit. terrestre reliquit  
 Ille solum, superis viuere cœpit ouans.  
 In sylvas quid ligna fero? sus ecce Mineruam  
 Edocet, abrumpas fila Camæna decet.  
 Lugubris ad tumulum cecini, comitarer amicas  
 Ut lachrymas fidis fletibus ista tuas.

Epitaphium Illustriss. Marchionis Brandamb.

**S**icis quur oculis abis viator?  
 Nescis sarcophago iacet quis isto?  
 Brandamburchius hoc iacet sepulchro  
 Heu heu Marchio Teutonum supernus  
 Vertex, nobilitatis ille hono's que.

Regum

Regum sanguine, Cæsarumq; ad Austrum  
 Arctoo ab gelido, simulq; ab Euro  
 Præclarus Zephyros advsque Iberos.  
 Sed virtute magis, magisq; quondam  
 Fœlix connubio iugatus alto  
 Germanæ Hesperia potentis olim  
 Augustæ. nimis at nimis misella  
 Heu tanto viduata nunc marito.  
 Quo nobis miseris ad astra raptò  
 Virtutis decor occiditq; honosq;  
 Pleno ergo amne age sparge lachrymarum  
 Bustum hoc lugubris, atq; abi viator.

EIVSDEM IOAN. BAP. IN PRO-  
 brosum, mortem pauentem.

**M**ortem quid trepida pauitas formidine demens?  
 Vitæ, non mortis mors metuenda tibi est.  
 Vitæ vita Deus. carnis quæ vitæ? malorum  
 Colluies, morte est quæ metuenda magis.  
 Vitæ immortalis mors pessima, vbiq; tremenda  
 Omnibus, extræmum est quæ sine fine malum.  
 Mors carnis preciosa probis, nanq; vltima mortis  
 Meta mali est, vitæ principiumq; boni.  
 Hanc quisq; exoptat studio iustissimus omni,  
 Qua non exhausta fidera nemo petit.  
 At cui vita caro, carne ac spes omnis in vna est.  
 Est cui vitæ animæ cura nec vlla sua.  
 Vnus qui viuens Epicuri vt de grege porcus.  
 Nil putat elysium, nil & auerna facit.  
 Ad mortis nomen trepidat, formidat, & horret.  
 Hanc quum post vitam, nil superesse putet.  
 Hinc malè qui viuit, semper malè viuere gliscit.  
 Præmia quum speret nulla, timetq; mori.  
 Vitari at nequeat quum mors, impune timetur.  
 Quam benè qui viuit, non fugit, at superat.  
 Mortem omnes fugimus, mors consequitur fugientes.  
 Communis cunctis mors obeunda via est.  
 Mors vera est ac certa omni magno, atq; pusillo.  
 Decipit at multis subdola vita modis.  
 Hinc quum nil vita sit toto incertius orbe.  
 Hanc certa certam spe sibi quisq; facit.  
 Hinc adeo nemo est senio confectus, vt vno  
 Se non plus anno viuere fidat ouans.  
 Vitæ ita fallacis spes fallax fallit ineptos.

Sæpe

## IOAN. BAPT. CARM.

Sæpe vnde incautos mors inopina rapit.  
 Vita bonum fallax, quod quantum crescit, in ipso  
 Decrescit spacio, deficit atq; suo.  
 Transfit vt vnda fluens tacito pede vita, recedit  
 Vt nebula, & fugitat seu leuis aura fugax.  
 Totum est aura fugax, vacuas vt fumus in auras  
 Vanescit, toto quicquid in orbe iuuat.  
 Mille modis læta hinc miseros mors vna fatigat,  
 Quam vitare hominum deniq; nemo potest.  
 Mortem ergo in cassum fugimus, pauidiq; timemus.  
 Nobiscum graditur præuia vbiq; comes.  
 Obuiaq; occurrit currenti tramite eodem.  
 Occursat misero quum tamen oceat atrox.  
 Vnum est effugium, studiis incumbere sanctis.  
 Vita nanq; proba mors bona (crede) emitur.  
 Virtuti studeas, mortem nihil inde timebis.  
 Mortem nam virtus sub pede sola premit.

FINIS.